



Um specimen ex Historia Lite-  
raria pariter & Civili in cathe-  
dram producere animus esset,  
nullum præstantius jucundi-  
usve argumentum visum est  
hoc ipso, quod de Commen-  
tariis historicis, quales Galli

MEMOIRES, horumque imitatione Angli ME-  
MOIRS vel MEMORIALS, & Itali MEMORIE ap-  
pellant, agit. Commentarios Latine voca-  
mus exemplo C. Julii Cæsaris, cujus de bello  
Gallico Commentarios haud immerito inter  
hujus generis libros referas, cum ea fere tantum  
descripserit, quæ ipse in eo bello gesta adnota-  
vit. Quantum vero id genus Commentario-  
rum præstet fructum, Galli imprimis docuere,  
qui & Regibus suis, Henrico IV & hujus tem-  
poris heroi Ludovico XIV, Cæsareanos illos  
Commentarios in Gallicum idioma transferen-  
dos obtulere (prostat etenim publice *Tradu-*

*Reflex. de*  
*Mr. Rapin.*  
*T. II, p. 303.*

A

*Etion*

*Etion du Livre I. de Jules Cesar, par Louis XIV,*  
 Par. 1661. fol.) & primi inter gentes hodie flo-  
 rentes, quæ in suos usus summi in Gallia viri de  
 rebus vel in aulis Principum, vel in bello gestis  
 privatim adnotaverant, publici juris fecere.  
 Quod institutum cum omnibus probaretur,  
 mox inventi sunt, qui lucri captandi causa Com-  
 mentarios a se confictos viris spectatissimis, ut  
 Rupefortio, Artagnano, Fontainio aliisque dolo-  
 se supposuere, quorum fraudes nos haud oc-  
 cultandas censuimus, ne hi, qui sine delectu  
 Commentarios sequuntur, nubem pro Junone  
 amplectantur. Ut vero pateat, quid inter ju-  
 stam Historiam & Commentarios illos intersit,  
 notamus, historiam scripturis rerum omnium,  
 quæ ab utraque parte gesta sunt, probe gnaris  
 nihil omittendum, quod ad rerum causas & o-  
 rigines accurate cognoscendas pertineat, tum  
 iudicio subinde apte interposito, historiam ora-  
 tionibus sive veris, sive prudenter fictis, senten-  
 tiis quoque & sermone denique eleganti exor-  
 tandam esse. Commentarios consignans ea  
 tantum fideliter prodit, quæ in schedis suis ad-  
 notata reperit, cetera sicco pede transit, nec qua  
 styli elegantia cuncta describantur, multum in-  
 terest, cum familiaris nec multum expolita di-  
 cendi

Burnet Pref.  
 of the Mem.  
 of the D. of  
 Hamilton.

cent  
 vide  
 rari  
 esse,  
 mus  
 his,  
 rosq;  
 ordi  
 iam  
 can  
 de ec  
 histo  
 ricas  
 Alph  
 apur  
 rum  
 Lect  
 vide

cendi ratio his libellis maxime accommodata videatur. Producemus itaque hos Commentarios, quod quot vel haecenus in lucem editos esse, vel manuscriptos hic illic latere meminimus, diligenter curaturi, nec quid audacius de his, qui nobis visi non sunt, (quanquam plerosque inspeximus) asseramus. Ut vero de ordine, quem servare constituimus, aliquid etiam praemittamus, Gallos primum, qui Gallicam Belgicamque historiam illustrarunt, deinde eorum imitatores Anglos, Italosve patriae historiam tradentes, tum Gallos, qui res Hispanicas ac Septentrionales attigerunt, ordine non Alphabetico, quem similibus scriptis minus aptum censemus, verum naturali, quem ipsa rerum gestarum series suppeditat, sistemus. Tu, Lector benevole, si meliora habes, nobis ne invidias & conatibus nostris faveas.



Inter Gallicos Commentariorum L.  
 horum, quos *Memoires* vocant, Scriptores primum merito locum sibi COMINES,  
 vindicat PHILIPPUS COMINÆ-  
 US, Gallice PHILIPPE DE COMI-  
 NES, SEIGNEUR D' ARGENTON,  
 qui nomen a patria Cominio, Flan- J. Marchant.  
 driæ oppido, nactus, in aula pri- L. I. Comm.  
 mum Caroli Pugnacis Burgundiæ de Flandr.  
 Ducis

Ducis per octennium commoratus est, post, dubium an ultro, an quod fuisset ab æmulis in invidiam adductus apud Carolum, (A) in familiam Ludovici XI. Gallix Regis se contulit, cui & prudentiam in Legationibus, & in rebus bellicis fortitudinem plurimum probavit. Cumque eo mortuo prodicionis apud Carolum VIII. accusatus, carcere fuisset per triennium detentus, propria tamen virtute, cum causæ suæ patronum alium nancisci non posset, ita se ab his infidiis expedivit, ut, probata fatis innocentia sua, in pristina gratiæ locum quasi postliminio restitueretur. (B) Is cum tot rebus pace belloque gestis interfuisset ipse, & optimos Veterum Historicos, quam-

Bullart *A-*  
*cad. des Sci-*  
*enc. T. I. L.*  
*II. p. 140.*

(A) Cominæum gratiæ Caroli Ducis, ut fit in aulis Principum, excidisse, eoque experiundæ alibi fortunæ periculum facere constituisse, Bullartus, Verderius, Vossius & alii tradunt. Addit Thevet *Hist. des Sav. T. IV. p. 33.* eum ideo Caroli familiam deseruisse, quod, quæ contra Gallos ille moliretur, probare haud posset. At Jacobus Mejerus in Annalibus Flandriæ Carolum affirmat a Cominæo A. 1462. proditum eundemque Cominæum pecunia a Gallis corruptum alios quoque Caroli ministros ad prodicionem sollicitasse, eoque non uno in loco transfugam eum vocat & proditorem, teste Zeillero *Historic. P. I. p. 28.* Verum illud fortiter adversus Mejerum tuetur Varillasius in *Præf. ad Hist. de Louis XI. T. I.* ubi plura alia, quæ is in Cominæo reprehendit, accurate examinat.

(B) Describit hæc eleganter Rabutinius, Comes de Buffly, qui eum in libro *L'Usage des Adversitez* in exemplum proponit aulici infelicis, & inter alia ait: *Madame de Beaujeu, Soeur de Charles VIII, le Cardinal Briçonnet & Etienne de Vair, qui gouvernoit l'Etat pendant la Minorité du Roy, mirent Comines à de rudes epreuves; mais la teste ne luy tourna point, il n'eut ni impatience, ni foiblesse, & il disoit souvent dans sa prison: si je suis affligé, Dieu a ses raisons.*

quamvis Græcæ & Latinæ linguæ parum gnarus, diligenter consulisset, res sua ætate gestas lingua Gallica, quam, utut extra Galliam natus, in potestate utique habebat, consignare instituit, & Polybii plane more Commentarios elegantes & Politicis monitis refertissimos, hortatu imprimis Angeli Cathi Episcopi Viennensis, scripsit. Quos cum ipse morte anno 1509. præventus, edere non posset, suscepit eam curam Joannes Selva, princeps Senatus Parisiensis, qui, quantum hæctenus plurium Catalogorum evolutione mihi constat, primum Parisiis An. 1529. librum *Memoires de PHILIPPES DE COMINES de la Vie des Rois Loïs XI. & Charles VIII.* in 4. literis Gothicis edidit, toties deinde recusum, ut Auctores Diarii Parisiensis nullum post Scripturas S. librum pluries prelo iteratum aut in plures translatum linguas censeant; recentissima vero editio Gothofredi aliorumque supplementis aucta Brux. 1706. 3. Voll. in 8. prodiit. Et Italice quidem jam olim Nicolaus Renzius, suasu Pauli Jovii, Hispanice Joannes Vitrianus transtulit, Latine vero primum haud ineleganter Joannes Sleidanus, sed fidelius postea Caspar Barthius convertit, cujus editionem, quæ Francofurti 1629. prodit, ceteris omnibus, præterquam Gallicis, quæ multo utilius leguntur, præferendam judicat Celeb. Jo. Andr. Bofius. (c). Etenim vero plures sentiunt, posteriores COMINEI libros, septimum nempe & octavum, qui de Carolo Rege scripti sunt, non Cominæ esse, sed alterius cujusdam auctoris, quod ipse etiam Franciscus Belcarius suspicatur, qui præterea se convenisse ait hominem fide dignum, qui integros Cominæ libros, uberioresque, quam nunc le-

Sammarth.  
in Elog.

Bibl. Sluf. P.  
IV. p. 521.

Journ. des  
Sav. 13. Dec.  
1683.

Ghilini Te.  
T. I. p. 52.  
Bibl. Sluf.  
p. 521.

De compar.  
Prud. Civ.  
n. 43.

Rer. Gallic.  
L. VII. p. 188.

A 3

gantur

(c) Equidem Excell. Struvius in *Bibl. Hist. C. XIV. p. 320.* Sleidani versionem Barthiana præstantiorem vocat, at ego hic Bofii judicium prætulerim, pace optimi Viri, qui cum contrarium asserere vellet, nimia forte festinatione errorem admisit.

gantur, manuscriptos se vidisse dicere, sed antequam ederentur, a Joanne Selvæ emendatos, aut potius mutilatos, multisque locis detruncatos typis mandatos confirmaret, ut ab homine ejus historie ignaro aliquid affictum, aut immutatum minus admirari debeamus. Hinc Selvæ ob corruptos Commentarios graviter indignatur Varillafius, eidem tamen ob edita quædam monumenta, quæ alias haud dubie interiissent, gratias etiam habendas putat. Ceterum si laudes COMINÆI & elogia apud Auctores obvia describere omnia vellemus, aliquot facile plagulas implere liceret. Eleganter jam olim de eo censuit Georgius Fabricius in Epistola nondum typis excusa, (D) notissimumque est Lipsii monitum, ubi post prolixas Cominæi laudes ita demum concludit: *at Princeps noster hunc legito, & Enchiridium Comineus illi esto. Dignus Alexandris omnibus hic Philippus.* Nec omittendum Catharinæ Medicæ apophtegma, quæ, ut imperii arcana nimis detegisse Cominæum innueret, *cum tot hereticos dixit in rebus politicis effecisse, quod Lutherus in divinis.* Plures etiam reprehensione digna in tanto historico deprehendisse sibi visi sunt. Nam & Jac. Mejerus ubique COMINÆI fidem in rebus Belgicis carpit, cui tamen & ipsi studium partium objecit Mothius Vayerius

Pref. de  
l'Hist. de  
Louis XI.

Not. ad 1.  
Lib. Polit.

Pope-  
Bloundt  
Cens. Aut.  
p. 360.  
in Annal.  
Elandr.

(D) Fabricius in litteris MS. ad Wolffg. Meurerum Argent. X. Cal. April. 1545. datis ita loquitur: *Scriptit historiam Phil. Comineus, Eques Gallus, eam Latinam fecit Sleidanus: quod si legere aliquid cupis vere, sapienter, & ad imitationem illam antiquorum scriptum, illam tibi compara. Est de rebus gestis Ludovici Regis XI. & Caroli Burg. Ducis; qui scripsit, ut magis mireris ingenii felicitatem, imperitus literarum Latinarum Grecarumque fuit.* Plenæ sunt his observationibus Fabricii ad Meurerum Epistolæ, quas proinde e Bibl. nostra Paulina descriptas cum aliis, quæ ad eum Auctorem spectant, edere constituit Vir doctissimus, David Schreberus, ConR. Scholæ Misen.

erius & accuratius respondit Varillasius. (E). Nec negaverim, eum Ludovici Regis paulo nimis fuisse studiosum, quod Gallus ipse isque optimus harum rerum censor, Bernardus de Girard, Dominus du Haillan, fatetur, qui & callidas magis & fallaces, quam justas regnandi artes ex Cominzo addisci posse, addit. (F) Unde ejus assidua lectione Carolum V. etiam Imperatorem ludendi & fallendi artes addidicisse, nonnulli putant, quemadmodam Magnif. Dn. Præses in *Diff. de Navis Politicis Caroli V. §. 1.* ostendit. Quando vero Caroli hujus præceptor, Ludovicus Vives, COMINÆUM reprehendit, quod sapius ab historia propofita digrediat, deque Principum moribus ac virtutibus

*Pref. de  
l'Hist. de  
France.*

(E) De Varillasio diximus in Nota A. At La Mothe le Vayer *Opp. T. II. p. 172. de l'Histoire* ita scribit: *Il ne faut pas deferer ni a Philippes de Comines en ce, qu'il disoit de l'avantage de Louis XI. son Maitre, ni a Meyer, qui comme Vafal de la maison de Bourgogne le traite du Tyrann. Et profuisse quidem Cominæo, quod adversarium nactus fit minus veracem, liquet quodammodo ex Pref. des Mem. d'Oliv. de la Marche.*

(F) Non pigrabimur hic transcribere, quæ ille in Præfatione *de l'Histoire de France* habet: *il n'a dit tout ce, que les autres pourroient dire & que d'autres Histoires ont dit des actions, des vices & des cautelles & cruautez du dit Roy, & le louant plus qu'il ne devoit, fait en plusieurs endroits l'Orateur & le Panegyriste, non l'Historien, & en ses longues digressions passe bien souvent les bornes & de l'histoire. Toutes fois son labeur est si loué & si louable, que plusieurs grand Princes plus fin que justes l'ont voulu avoir toujours entre mains; mais ce n'est par une Histoire, qui enseigne comme il faut qu'un Prince soit juste, mais comme il faut, qu'il soit fin & cauti & comment il se doit deffaire de ses ennemis, les tromper, & dissiper, & rompre leurs moyens, entreprises, forces & intelligences. Or ceu ben labeur & c.*

Metb. Hist.  
C. 4. p. 53.

virtutibus atque omnino de vita beata Philosophorum in modum  
disputet, optime respondet Jo. Bodinus: *is tamen aliter at-  
que Vives omne tempus in Republica gerenda, aut in bellis aut in  
maximis legationibus obeundis consumserat, ut recte, si quis a-  
lius, iudicium ferre potuerit.* Sed qui plura de Cominæo  
cognoscere cupiunt, præter modo citatos nobis Auto-  
res consulant Jac. Gaddium *Script. Non-Eccles. Tom. I. pag.  
141.* Montaigne *Essais L. II. C. X.* Verderium *Bibliothèque  
pag. 953.* & imprimis *Prosopographie Tom. III. L. 8. pag. 2329.*  
Sorel *Bibliothèque Fr. p. 295. seq. St. Marthe Hist. Geneal. T. I.  
pag. 536.* Andream *Bibl. Belg. pag. 771.* Sanderum *Script. Flandr.  
pag. 140.* & Vigneul-Marville *Mel. T. I. pag. 312.* & alios a-  
pud Pope-Bloundt in *Cens. Aut.* & Magirum in *Eponimol.  
Crit.*

II.  
DU BEL-  
LAY.

Secundo loco memorandi nobis sunt Commen-  
tarii, qui sub MARTINI BELLAJI LANGÆI  
nomine prodire: *Les Memoires de Messire MARTIN DU  
BELLAY, Seigneur de LANGET, Parisiis primum 1569.  
cura RENATI BELLAJI editi, ibidemque 1572.  
in fol. & Genevæ 1594. 8. recusi.* Et si vero sub MAR-  
TINI nomine prodierint, potissima tamen eorum  
pars fratri ejus GUILIELMO debetur, quemadmo-  
dum ex Præfationibus, & ipso partim titulo patet. Un-  
de qui Latine eos transtulit, Hugo Suræus sub t. *Guiliel-  
mi & Martini Bellajorum Historia Franc. 1574. fol. edidit.*  
Fuit GUILIELMUS pars magna rerum tempore Fran-  
cisci I. Gallix Regis bello paceque gestarum, quippe  
Generalis Locum tenentis munus gerens multis præliis  
interfuit, cumque per exploratores, quos suis sumptibus  
alebant non paucos, consilia hostium omnemque belli  
statum fuisset expiscatus, & literarum præterea haud  
expresset, ad scribendam sui temporis historiam, si  
quis alius, aptissimus fuit. Neque enim ignorare ali-  
os voluit, quæ adnotaverat, quin Latino sermone res  
inde

Brantome  
Mem. des  
grands Capit  
P. I. p. 382.



inde a nativitate Francisci I. gestas complexus est, quibus etiam Antiquitates veterum Gallorum & Francorum, tum descriptionem Galliarum Geographicam aliaque, quæ ad mores, leges atque dignitates Gallorum spectant, præmisit, quæ deinde jussu Regis in Gallicum idioma, sub tit. *Ogdoades* (G) ab ipso Autore translata sunt. Sed accidit malo fato, ut pleraque interierint, & præter fragmenta nonnulla & Libros tres quintæ Octoadis paucaque alia (H) vix aliquid ad nos pervenerit; unde ne hæc quoque interirent, MARTINUS frater, diu antea militiam sectatus, cum quieti redditus esset, de concinnandis Commentariis cogitavit, eoque inde ab anno 1513. quo primum in aulam pervenit, nullis licet literis instructus, apte satis res in Gallia gestas descripsit, & quatuor Libris usque ad annum 1536. deduxit, inde tres Libros GUILIELMI fratris nondum biennii res complexos inseruit, ac denique reliqua usque an-

*Prologue du  
L. 5. des Mem.  
de Bellay.*

*Pref. de Re-  
né du Bellay.*

B  
num

(G) Diu dubius hæsi, quid sibi per titulum *Ogdoades* voluerit Bellagus, cum septem omnino Octoadas eum scripsisse pateat e Præfatione, quæ hodieque existat, & a Martino Bellajo Comment. Libro V. præmissa est; at didici demum e Balio *D. C. sub t. Bellay in marg.* Autorem Octoadas librum septem partibus distributum vocasse, quod singulæ octo libris constarent. Qua in re habet forte auctorem Crucimanium, Bibl. Gallicæ scriptorem, quem erroris quidem arguit, quod Gallicam Ballaji historiam, quam eum ab initio Monarchiæ descripsisse, falso testatur, diversam esse a Commentariis his putet. Fallitur enim & Sammarthanus, qui eundem *Historiam de rebus Gallicis ab ipsa Imperii origine ad sua usque tempora tum Latine, tum Gallicè, gravissimo stylo persecutum*, ait in *Elog. p. 12.*

(H) Sunt hæc Præfatio modo citata & *Epitome de l'Antiquité des Gaules & de France*, qui liber seorsim prodiiit Par. 1556. 4. teste Verderio *Bibl. p. 469.*

Montaigne  
Essais L. 2.  
C. 10, 1. 2.

num 1546. octavo, nono & decimo Libro attextuit. (1) Etsi vero uterque BELLAJUS nihil odio aut amori se dedisse profiteretur, si optimo tamen censori Michaeli Montano credimus, Oratorum potius, quam Historicorum partes explent, dum cuncta Francisci facta tuentur, & odii in Carolum V. non leve indicium faciunt. Ceterum nec dissimulat, accuratissime hic acies, prælia, obsidiones describi, quod facile sibi persuaserint, qui BELLAJOS tot expeditionibus bellicis præfuisse non ignorant, (k) Elogia (L) collegit Zeillerus *Historic. P. I.*

p. 17.

(1) Si editionem Genevensem evolvamus, post quartum librum, quem excipit Guilielmi Præfatio, reliqui omnes nomen Guilielmi ferunt, nullo excepto. Quod si vero evolvamus Bælium, is secutus suam editionem, quæ Rupellis 1573. 8. prodiit, quatuor Libros, quintum, sextum, septimum & octavum ob titulorum inscriptiones Guilielmo tribuit. Verum & Bælium errore editionis falli, tum Martini docet Præfatio, qui diserte ait, se publicare tres Libros Octoadis, quibus ipse septem alios comites addiderit, (unde decem omnino emergunt) & Verderius sententiam nostram confirmat, qui Guilielmo quintum, sextum & septimum Librum deberi, testatur *Bibl. p. 856.*

(k) Prolixior locus est, sed aliqua saltem describemus. *C'est icy inquit plutot un plaidoyer pour le Roy François contre l'Empereur Charles V. qu'une hystoire. Je ne veus pas croire, qu'ils ayent rien changé, quant au gros du fait, mais de contourne le jugement des evenemens souvent contre raison a nostre avantage, & d'obmettre tout ce qu'il y a de chatouilleux en la vie de leur Maitre, ils en font metier: témoin les reculemens de Messieurs de Montmorancy & de Brion, qui y sont oubliés, voir le seul nom de Madame d' Etampes ne s'y trouve point. &c.*

(L) Sic Suræus interpres Martinum Bellajum Xenophontem Gallicum, Oratorem eloquentissimum, scriptum suavissimum, Aubignæus in *Præf. Hist. Gall.* margaritam sui temporis

p. 17. Conf. Bælium & Morerium f. l. item S. Marthe *Hist. Gen. de Fr. T. I. p. 639.* & La Croix du Maine *Bibl. f. l.*

Succedat BLASIUS MONLUCIUS, prudētissimus fortissimusque Gallix Marefchallus, qui cum, exantlatis quinquaginta duorum annorum spatio laboribus bellicis, vitam propriam consignare in usum eorum, qui militiam sequuntur, constituisset, Commentarios, *Commentaires*, exemplo Cæsaris, conscripsit, quos cum alii, inprimis Brantomius, vulgo *Memoires* appellent, non erit ab hoc loco alienum, si eorum pariter mentionem faciamus. Nimirum cum sexaginta quinque annos natus & vulnere post plura alia postremo fere lethali affectus, a militia ad quietem se recepisset, ea quæ memoriæ, quam habuit, ut ipse fatetur, incomparabilem, succurrebant, in calamum dictitabat, & rebus inde ab a. 1521. ad annum 1569. deductis, finem operi imponebat, cui tamen, cum Rupellæ obsidioni interesse a. 1573. a Rege iussus esset, paucorum annorum historiam pag. 400. ed. Paris. adjecit. Prodiere vero hi Commentarii, *Commentaires de BLAISE DE MONTLUC*, Burdegalæ primum (M) 1592. in fol. mortuo Auctore, rursusque recusi sunt Par. 1607. 8. quæ mea est editio, nondum quidem a mendis omnibus repurgata, quin & in Italicum idioma translati sunt Florent. 1630. in 4t. Eloquentiam in MONLUCIO laudat, Andreas Thevet, quanquam eum parum literis instruetum

B 2

poris vocat, & Renatus de Lusinge eum nemini putat cedere, sive materiam, sive eruditionem, sive dictionem spectes, *dans la Maniere de lire l' Histoire.*

(M) Nam cum & Andr. Thevet. *H. de Sav. H. T. VI. p. 268.* quanquam Monlucii ut demortui vitam exponens, dignos suo tempore crediderit hos Commentarios, qui in lucem protraherentur, putaverim, eos paulo post Theveti librum prodiisse, nec adeo antiquiorem hac editione reperiri.

III.  
MONTLUC.  
*Comment. de*  
Montluc L.  
I. p. 1. 3.  
*Mem. des*  
*Cap. Fr. P.*  
II. p. 275.  
*Comment.*  
I. c.  
ib. *Pref. &*  
L. VII. p. 399.

Naudæana  
p. 425.

etum fateatur, at plerique eum jaçantius de rebus suis scripſiſſe teſtantur, quippe e Vaſconibus oriundum, dignumque eſt, quod adſcribamus, Naudæi judicium: *Les choſes qu'a écrites Monſ. de Montluc en ſes Commentaires ne ſont pas ſi grandes, qu'il les fait. Il étoit Gascon & Vantard. Il y a pourtant de tres bonnes choſes dans Montluc. vid. Brantome Mem. des Cap. Fr. T. II. pag. 235. ſeq. Thevet Hiſt. des Hom. Illuſtr. T. VI. C. 17. pag. 253. ſeq. Sammarth. Elog. L. 3. pag. 116.*

IV. Latent adhuc, quibus proximum haud immerito DENON-VILLE locum concedimus, *Les Memoires du Cardinal de DENON-VILLE*, quo in libro haud dubie ea accuratius explicantur, quæ in aula Franciſci I. geſta ſunt, quandoquidem auctor CAROLUS HEMARD Cardinalis DE DENON-VILLE Regi huic a ſtatuſ conſiliis fuit, & plures Legationes, obiit. Crucimanium multas laudes his Commentariis tribuere, eoque digniſſimos illos eſſe, qui e latebris, in quibus deliteſcunt, in lucem protrahantur, teſtatur Auctor *des Eſſais de Litter. pour la connoiſſ. des Livr. T. I. p. 127.*

V. Breviores ſunt LUDOVICÆ Sabaudicæ, matris LOUISE de SAVOYE Regiæ, cujus implacabile, fuit in Carolum Borbonium odium Commentarii: *Memoires de LOUISE DE SAVOYE, Duchefſe d'Angoulême*, quos eſti pariter ineditos crediterat idem Auctor, attamen adverſarius ejus Pelheſtrius oſtendit, eos apud Guichenon in Tomo II. Hiſtorix Sabaudicæ jam impreſſos exſtare, additque adeo breves illos eſſe, ut intra horæ quadrantem facile perlegi poſſint, ut patet ex Diario Trevoltienſi. Et quamquam Auctor *des Eſſais* ideo imprimis hos Commentarios commendet, quod dies in iis atque anni diligenter annotentur, & quidem inde ab initio regiminis Ludovici XII. uſque ad annum 1520. unde multi Hiſtoricorum

*Eſſais de Litter. T. I. p. 306.*

*Tom. VI. de l' a. 1703. p. 384. & T. VIII. de l' a. 1704. p. 30.*

corum errores possint emendari, non diffitetur tamen, etiam quæ sunt minoris momenti, hic memorari, ut ubi catulæ suæ mortem deslet, & similia.

Sed pergimus ad BRANTOMII Commentarios, *Memoires de Mess. PIERRE de BOURDEILLE, Seigneur de BRANTOME*, quos rectius Vitas illustrium virorum & fœminarum dixeris. Is cum Anglia, Scotiaque, Hispania, Portugallia, Africa, Græcia, Italia atque Melita peragratis, aulicis in Gallia negotiis, imperantibus imprimis Francisco II. & Caroli XI. adhibitus esset, quæ de viris maxime bello domi forisque claris observaverat, quanquam stylo parum comto descripsit, exemplo, ut videtur, Baronis de Forquevaux, qui & ipse insignium belli ducum Vitas ante eum ediderat. Cum vero Auctor opus in proprios fere usus concinnatum edere nequiverit, plures interea Historici MSpto magno fructu usi sunt, donec post complures demum annos nimirum 1665. Lugd. Bat. prodire *Memoires, conteneans les Vies des Hommes illustres & grands Capitaines etrangers*, duobus Voll. in 12, quos eodem fere titulo anno sequenti exceperunt tomi quatuor de Gallicis belli ducibus, qui Caroli VIII. Ludovico XII. Francisco I. Henrico II. & Carolo IX. floruerunt. His accesserunt postea *Memoires, conteneans les Vies des Dames illustres de France*, unico Vol. nec non *des Dames galantes*, 2. Vol. quo postremo libello quædam scurrilia quoque & parum Auctore digna referuntur: totum igitur opus, postremo Lugd. Bat. 1699. recusum, constat IX. Voll. in 12. Observant vero eruditi, Auctorem magna audacia summorum virorum nævros detexisse, majorem longe fidem in patriæ rebus, quam in externis mereri, dolendumque tot in editiones errata irrepsisse. (N) Vid. Sorellum *Bibl. Fr. p. 137.* Colomesium l. c. & Morery t. *Bourdeille.*

VI.  
BRANTOME.

Colom. *Bibl.*  
Ch. p. 179.

VII.  
RIBIER.

His Commentariis posthumos alios nihilo minus depravatos WILHELMI RIBIER jungimus, qui una cum Epistolis nonnullis sub t. *Lettres & Memoires d'Etat des Rois, Princes, Ambassadeurs & autres Ministres, sous les Regnes de Francois I. Henry II. & Francois II.* Blefis (o) 1666. in f. 2. Voll. prodire. In his varias observationes curiosas, quibus status illorum temporum politicus multum poterit illustrari, deprehendit Exc. Struvius, sed & errores in notis Ribieri varios animadvertit. Et diserte quidem de his Baillet, ubi de posthumis agit, ita scribit: *Les Memoires de Mons. de RIBIER sont pleins de fautes grossieres, parce qu'ils sont posthumes.*

*Bibl. Hist. Sel.*  
C. 14. p. 322.

*Jug. des Sav.*  
T. I. p. 393.

VIII.  
CASTEL-  
NAU.

*Essais de Lit-*  
*ter T. I. p.*  
224.

Felicio paulo fuit MICHAEL DE CASTEL-NAU, qui cum summis Regibus esset a consiliis status, atque bellica quoque munia strenue obeundo, res gestas ante alios haberet perspectas, in Legatione Anglica, qua integro decennio defunctus est, Commentarios, *Memoires de Messire MICHEL DE CASTEL-NAU*, composuit, quos tamen integros non absolvit, (p)  
nec

- (n) Observat certe Colomesius, vitam Dn. de Tavennes, quam se scripsisse, in ipsis Commentariis alicubi fateatur Brantomius, partim perditam, partim alio plane loco insertam, tum errores bene multos agnoscit, quos passim etiam animadvertit Bælius, sæpe alias Brantomium testem allegans, quem confer in Indice.
- (o) Blefis (a Blois) ita plane reperio in Bibliotheca Telleriana accuratissima, p. 292. ut valde verear, ne erratum sit in Bibl. Struv. ubi eodem anno Parisiis prodidisse liber traditur.
- (p) Patet hoc vel ex prima editione, quam possidemus, ubi post librum VII. sequentia leguntur: *Le VIII. Livre, dont cy dessus est parlé, n'ayant été avecque par l'Autheur, ne sera mis en lumiere.* Et putat Autor *des Essais de Litt.* p. 221. auctorem

nec eo fine scripsisse videtur, ut ederet, verum ut Jacobum filium rerum sui temporis cognitione rebus gerendis aptiorem redderet. Quamquam & legationis illius comes filia nata major, Catharina Maria, quatuor linguas egregie docta, adeo ad se quoque pertinere hos Commentarios censuit, ut in Anglicam linguam traduxerit, diu inde in MSS. asservatos. Complectuntur vero historiam rerum ab anno 1559. ad annum 1570. gestarum, primumque annuente Jacobo filio prodire Par. 1621. 4. hinc vero ibidem cura Johannis le Laboureur cum elegantissima Auctoris vita, commentariis item doctissimis & scriptis aliis A. 1659. & 1660. duobus Voll. in fol. recusi sunt. (Q) In eo Scriptore veritatem nullo velamine tectam, iudicium limatissimum, dictionem luculentam & succinctam prædicant, tantumque ab affectibus & præiudiciis liberum eum pronuntiant, ut Reformati, quamvis sapius ab eo fuerint ense pariter & calamo oppugnati, nihil tamen in his Commentariis deprehenderint animadversione dignum. Quod vero intra breviores limites se continuit,

Sorel *Bibl.*

Fr. p. 137.

*Essais p. 219.*

ctorem in animo habuisse, ut historiam ad mortem usque Henrici III. deduceret, at impeditum fuisse ingenti illarum in Gallia post ejus mortem conversione,

- (Q) Labet recentioris edit. titulum ex Auct. *des Essais p. 125.* enotare: *Les Memoires de Monsieur de Castelnau, Seigneur de Mauvisiere, illustrez & augmentez de plusieurs Commentaires & Manuscrits, tant Lettres, Instructions. Traitez, qu'autres pieces secretes & originales, servans a donner la Verite de l'Histoire des Regnes de Francois II, Charles IX. & Henry III, & de la Regence & du Gouvernement de Catherine de Medicis, avec les eloges des Rois, Reines, Princes & autres Personnes illustres de l'une & de l'autre Religion sous ces trois Regnes, & l'Histoire Genealogique de la Maison de Castelnau, par M. le Laboureur, Conseiller &c.*

nuit, nec latius exspatiatus est, facile ei condonandum, qui non tam aliis, quam Filio scripsit. Vide omnino *Essais de Litter. Vol. I. p. 215. sev. & conf. Bibl. Sluf. p. 522. & Moryery f. l.*

## IX.

Ad res Henrici IV. illustrandas apprime spectant

MARGUE-  
RITE.

MARGARITÆ Valefiæ, quæ filia Henrici II. & uxor Henrici IV. fuit, Commentarii, *Memoires de la Reyne MARGUERITE*, Paris. 1628. 8vo. primum ab Augerio de Mauleon Domino de Granier, iterumque 1665. 12. vix octo plagulis editi. Hæc Regina parum pudicæ vitæ accusata, (R) & carceri in palatio regio mancipata, cum interea optimorum Scriptorum lectione multum profecisset, & facto a Rege divortio, Carlatum, quod est in Alvernia castrum, secessisset, in eo otio, ut se innocentem doceret, res suo tempore in aula gestas eleganter descripsit, Libris tribus, quos Apologiam Auctoris haud immerito vocaveris. (S) Putat vero Editor, eum, quem Margarita toto illo opere alloquitur, & cui idem poliendum committit, esse Carolum de Vironne, Baronem de la Ghaftaigneraye, Ducis Alençonii Camerarium, eosque explodit, qui Rendanium potius appellatum Auctorem velint. At Colomesius pluribus rationibus demonstrat, ad Brantomium omnia spectare, cujus si conferantur Commentarii & quæ sigilla-

Vigneul-  
Marville

*Mel. d' Hist.*  
*T. I. p. 188.*

*Pref. des*  
*Mem.*

*Mem. p. 7.*

*Melanges*  
*Historiques*  
*p. 86.*

(R) Conferri ea de re possunt *Le divorce satyrique, ou les Amours de la Reyne Marguerite & La Confession Catholique de Sancy.* quæ continentur in Sylloge sub t. *Recueil de diverses pieces servant a l'histoire de Henry III. Col. 1693. 12.*

(S) Ab ipsa Margarita, scriptos fuisse hos Commentarios, quamquam integros absolvere non potuit, plerique omnes tradunt. Unde fallitur Auctor de *l' Histoire de Don Jean d' Autriche*, qui nomine Reginæ a Brantomio compositas putat, ut est in *Act. Erud. MDCXCI. p. 134.*



gillatim in his de Margarita tradidit, non vanam esse, *Mem. des*  
 conjecturam unusquisque intelliget, imprimis cum & *Dam. Ill. p.*  
 illa suis sæpe litteris dignata fuerit Brantomium, & hic *315.*  
 Margaritæ suos commentarios de Viris illustribus exte-  
 ris dedicaverit. (T)

Nunc viros in aula Henrici IV. spectatissimos VIL-  
 LAREGIUM, CEVERNIUM, SULLIUM, MOR-  
 NÆUM aliosque videamus. Fuit NICOLAUS DE  
 NEUFVILLE, Dominus de VILLEROY, Status sub Ca-  
 rolo IX, Henrico III & IV. & Ludovico XIII. Secretarius,  
 cujus præcipua cura, ut Ducem Cenomanensium Henrico  
 IV. reconciliaret. Cum vero nonnulla in ipsius actio-  
 nibus carperent æmuli, operæ pretium duxit VILLA-  
 REGIUS, ut ea uberius explicaret; hinc Commentarios  
 de Statu Gallix, *Memoires d'Etat par Mons. DE VILLE-*  
*ROY*, concinnavit, in quibus ea maxime, quæ intra  
 An. 1575. & 1604. ab Auctore gesta sunt, describuntur.  
 Hos Primum Advocatus Regius Du Meisnil Basire edi-  
 dit Par. 1622. 4. quem secutus S. Thibouft recudit eos  
 ib. 1636. 8. tresque alios tomos adjecit, in quibus præter  
 Discursus nonnullos Politicos Tomo II. præmissos, plu-  
 ra monumenta vetera, Epistolæ item Principum & In-  
 structiones in schedis VILLAREGII repertæ con-  
 tinentur. Multa hic videas, quæ cum nemo, quam  
 Auctor noster, melius haberet perspecta, frustra apud  
 alios quæstiveris. Idemque probe cognovit Joachimus *Præf. ad Mi-*  
 Pastorius ab Hirtenberg, qui ita censet: *Si cui Memo-*  
 rias *125.*

(T) Quæ Colomesius sub t. *Melanges historiques* ediderat, ha-  
 ctenus rarissima, nuper cum San-Evremontianis operibus  
 sub t. *Colomesiana* cum paucis annotatis recusa sunt, qua  
 in editione modo citata conferri possunt *Mel. Cur. T. I.*  
*p. 270. seq.* Notamus vero, in Lexico Moreriano p. m. 444.  
 Colomesii hæc Observata iisdem plane verbis repeti, nul-  
 la Auctoris facta mentione.

X.  
 VILLEROY

*Mem. de Vil-*  
*ler. T. I. p. 5.*

*Præf. ad Mi-*  
*nist. Stat. p.*

rias 125.

fias ipsius Villa-Regii contigerit legere ei plurima inde lux ad omnem postremorum Gallia Regum historiam intelligendam fulgebis. (u)

XI. Neque minus doctissimus Gallia Cancellarius  
CHEVER. PHILIPPUS HURALTUS CEVERNIUS Status  
NY. Commentarios, *Memoires d'Etat par Monf. de CHEVERNY*,

in gratiam liberorum per modum testamenti conscriptos reliquit, in quibus etsi vitam omnem ab anno natiuitatis, qui fuit 1528. recenseat, accuratius tamen res suas pariter ac publicas ab A. 1578. quo Cancellarii dignitas illi demandata est, usque ad annum emortualem 1599. persequitur. Hos publico invidere noluit filius secundo genitus Abbas de Ponte-Leuio (*Pont-Mem. de Chev. T. II.* unde prodire Par. 1636. 4. & 1664. 2. Voll. 12. p. 99. historia mortis CEVERNII a Filio conscripta, & p. 137. luculentissima exemplisque veterum & recentiorum refertissima Auctoris Instructio ad Filium primogenitum, ac denique p. 422. ejusdem Instructio altera ad Filiam natu majorem. Ceterum non infeliter de Commentariis illis suo tempore ominatus est

Croix du Maine *Bibl. f. l. Jour. des Sav. M DCLXV. p. 42. 43.* Crucimanius, ineffabilem nempe posteris voluptatem allaturos, ubi in lucem olim cum aliis Auctoris scriptis elegantissimis prodissent. Et Diarii Pariensis Auctor excellentes vocat hos Commentarios, monetamen,

(u) Scripsit Petrus Matthæus, Henrici IV. Historiographus vitam Villaregii Gallico, ut reliqua, idiomate, variisque observationibus pro more illustravit, quas in Latinum transtulit Pastorius ediditque sub t. *Minister status, seu Considerationes politicae super vita NICOLAI NEOVILLI VILLAREGII*, Jen. 1664. 8. Subjecta est in fine adlocutio ad Lectorem, e qua nostra attulimus. Conf. ib. Continuatoris Thuani, Grammondi, & P. Matthæi de Villaregio judicium præmissa.

men, diligenter cavendum ab erroribus, qui descripto-  
rum incuria irreperferint. V. Fr. Du. Chesne *Hist. des Chanc.*  
*p. 665. seq. & 678. seq.* Sammarth, *Elog. L. 5. p. 251.* & Morery  
*t. Hurault.*

Celebris vero ante alios in Henrici IV. historia XII.  
est MAXIMILIANUS DE BETHUNE, Dux SULLY.  
DE SULLY, cujus sub nomine multo majoris molis  
Commentarii Amstelodami primum, incertum quo an-  
no, in fol. prodire hoc tit: *Memoires des Sages & Ro-  
yales Oeconomies d' Estat, domestiques, politiques & militaires  
de Henry le Grand &c. & des Servitudes utiles, Obeissances con-  
venables & administrations Loyales de MAXIMILIAN DE BE-  
THUNE &c. Dediez a la France, a tous les bons soldats &  
tous peuples Francois.* Nomina bibliopolæ ficta supposuere  
*Aletinosographe de Clearetimelee & Graphexechon de Pistariste,*  
qui & Præfationem præmisere. Hujus editionis duos  
Tomos, qui ab anno 1570. ad annum 1610. quo Henri-  
cus IV. decessit, porriguntur, possideo, nec plures in  
Bibliotheca Telleriana aliisque catalogis reperio; nam qui  
seorsim Parisiis, primo statim post mortem SULLII an-  
no, nempe 1662. prodire Tomi duo posteriores, res po-  
stea gestas usque ad Rupellam captam complexi, ad eam  
editionem potius reducendi sunt, quæ ib. 1664. sub t.  
*Memoires ou Oeconomies Royales d' Estat, domestiques, poli-  
tiques & militaire de Henry le Grand, par MAXIMILI-  
AN DE BETHUNE, Duc DE SULLY,* in fol. iterata  
est. Quatuor igitur hodie Tomis constant, quorum  
primum totidem SULLII Ducis Secretarii ex Diario *Pref. du T. I.*  
ejus excerptum consignarunt, cumque ex his duo gra. & *Epistr. Li-  
vioribus negotiis inde essent adhibiti, reliqui secun- min. du II.*  
dum Tomum confecere, quibus pariter ad alia vocatis,  
denuo duo ejusdem Secretarii laborem continuandum *Epistr. Limin.*

suscipere, duosque Tomos, sed molis paulo minoris, addidere, ipsique SULLIO, ut reliqui reliquos, inscribere, utrum vero ipsi hos posteriores in lucem ediderint, an vero *le Laboureur*, quod nobis verosimile videtur, prolixius non disquiremus. (x) Aliam editionem Rothomagi 1665. in 12. VIII. Voll. prodiisse testatur Herm. Dieter. Meibomius. Multum vero hos Commentarios prodesse illis, qui vel eorum temporum historiam familiarem sibi reddere, vel rerum arduarum administratione instrui cupiant, testatur Perraltus, (y) quem vide *dans ses Hommes Illustres T. II. p. 26. ed. Par. Conf. Morey t. Bethune & Acta Erud. MDCC I. p. 246.*

*Progr. de  
Gall. Hist.  
Script. p. 24.*

XIII.  
MORNAY.  
Morey  
Dict. f. l.

Eadem fere monumentorum a PHILIPPO MOR-  
NÆO relictorum fata fuere: vix enim ille in patria Sylva  
ultra Separam (vocatur enim inter alia *Baron de la  
Forest sur Sevre*) decesserat anno 1623. cum sequenti  
statim anno eodem in loco (*à la Forest*) primus To-  
mus

(x) Si Tomi IV. Præfationem inspiciamus, deprehendimus, Editorem vulgatæ a se Vitæ Marefchalli de Guebriant, & translatae e Latino sermone Anonymi San-Dionysiani Historiæ Caroli VI. mentionem facere, quos libros cum diligentissimus de Laboureur vulgaverit, facile ei hos quoque Tomos deberi crediderim.

[y] Ita is loquitur: *Nous avons des Memoires de tout ce qu'il a fait pendant son Ministère, qui dura pendant toute la vie de Henri IV. On pretend, que ce sont ses Secretaires, qui les ont dressez. Quoy qu'il en soit, il ne se peut rien de plus utile pour ceux, qui veulent s'instruire dans le mainement des affaires, ni de plus agreable pour ceux, qui cherchent à satisfaire leur curiosité dans la connoissance de ce temps-là.* Patet ex his præter alia, Perraltum quoque non nisi primum Commentariorum horum editionem, quæ ad mortem Henrici IV pertingit, vidisse; quippe posterior reliqua etiam, usque ad annum 1627. complectitur.

mus sub t. *Memoires de Messire PHIPPES DE MORNAY* in 4. prodiit, quem mox & alter ibidem, 1625. excepit. In his Epistolæ, Responsa, Instructiones, & si quæ alia a MORNÆO ab anno 1672. ad annum 1599. composita sunt, quæ statum Reipublicæ aut Ecclesiæ Gallicæ concernunt, nulla historica narratione inter se conjuncta, sed seorsim juxta annorum seriem disposita sunt. Eandem rationem secutus post complures annos est Lud. Elzevirius, qui cum plura monumenta ab eodem auctore ab anno 1600. ad 1623. composita, nactus esset, ea eodem titulo duobus itidem Voluminibus Amstelodami 1651. & 1652. in 4. publicavit, ut adeo hi MORNÆI Commentarii, quod paucis constat, quatuor omnino Tomos, diverso licet loco ac tempore editos, compleant. De his facile judicium ferre poterint, qui Auctorem insigni facundia & in explicandis negotiis solertia præditum, vel e Thuano cognoverint. *ad a. 1589.* Et rerum quidem selectum, ac styli supra illorum temporum genium elegantiam abunde commendarunt, qui primo & tertio Tomo præfati sunt, dolendumque, historiam, quam ab anno 1570. Latino sermone concinnare cœperat, piratis, navem ejus, cum ex Anglia in *Præf. au T. I. p. 7.* Belgium anno 1578. trajiceret, depredantibus, lacertam fuisse aut deperditam. De MORNÆO vide Vitam ejus, *Histoire de la Vie de Phil. Mornay*, Lugd. B. 1647. 4. excusam, de cujus Auctore hac occasione non nihil sub Nota (2) observabimus. Conf. de MOR-

C3

NÆO

- (2) Librum hunc, quem Commentariorum memoratorum compendium dixeris, a Joanne Dallæo scriptum fuisse, nonnulli credere, cujus & elogium reperio p. 701. ubi patet, hunc Mornæo a concionibus privatis ejusque Neptotum præceptorem fuisse. Verum Morerius s. l. auctorem potius Vitæ hujus *le Sieur de Liques* constituit, cum

cum

NÆO judicia apud Pope-Bloundt *Cens. p. 612. sq.* & Magirum *Epon. p. 607.*

XIV.  
BELLIEV-  
RE.  
&  
SILLERY.

Non minori apud Reges Henricum III. & IV. auctoritate fuere POMPONIUS BELLEVRIUS & NICOLAUS BRULART DE SILLERY, uterque Gallia Cancellarius. Hi cum paci, quæ Vervini anno 1598. inter Henricum IV. Regem Gallia & Philippum II. R. Hisp. ac Carolum Emanuelem Sabaudia Ducem coalluit, interfuissent, digna visa sunt monumenta, a Duumviris his maximam partem composita, quæ sive ex schedis illorum MSptis, sive ex Villaregii potius, ut nobis videtur, Sullii ac Mornæi Commentariis selecta, sive denique e libro, cui tit: *Memoires Historiques concernant la Negociation de la Paix traitee à Vervins l' anno 1598.* Par. 1667. in 8. edito, descripta seorsim prodirent sub t. *Memoires de BELLIEVRE & de SILLERY* Par. 1677. & Hagæ 1696. 2. Vol. in 12. In his itaque, quæ a 18. Januarii ad 30. Julii anni illius 1598. hinc inde de Pace illa inter summorum Principum ministros tractata fuerunt, separatim exhibentur. V. de BELLEVRIO Pap. Massonus *Elog. T. II. p. 365. sq.* & Du Chesne *Hist. des Chanc. p. 685. sq.* & de SILLERIO id l. c. p. 702. & 704. sq.

XVI.  
VILLARS.

His aulae & Status Commentariis bellicos addamus, quos FRANCISCO BOYVINIO, Baroni de

cum quo consentit quodammodo Ancillonius, qui *dans ses Mel. Crit. T. II. p. 242.* ex ipsius Dallæi ore refert, Davidem Lixe, e Picardia oriundum, semissem libri unam, alteram duos Mornæi Secretarios composuisse, Dedicacionem vero ab illustri Conrarto fuisse præmissam. Quæ a veritate haud aliena esse, patet quoque ex L. II. Vitæ ipsius p. 339. ubi testatur Auctor, Mornæum sibi Latinam libri *de Mysterio iniquitatis* versionem tanta festinatione distitasse, ut vix verba scribendo assequi potuerit.

de VILLARS tributos cognovimus, quorum integrum titulum hic describere suffecerit: *Memoires de FRANCOIS de BOYVIN, Baron de VILLARS, sur les Guerres faites en Piémont, Monferrat, & Duché de Milan, par Charles de Cofse, Comte de Briffac, Marechal de France, depuis 1550. jusq' en 1559.* Prodiit vero liber primum Par. 1607. 4. iterumque ib. 1630. 2. Vol. in 8. Vid. *Bibl. Teller. p. 296. & Bibl. Gryph. p. 164.*

Nec prætermittendi sunt LUDOVICIDUCIS XVII. NIVERNENSIS Commentarii, *Memoires de Monsieur NEVERS. le Duc de NEUVERS*, quos variis monumentis aliis Illustratos Gombervillius Par. 1665. 2. Voll. in fol. edidit. In his varia curiosa de rebus sub Henrico III. & IV. usque ad annum 1595. quo decessit Nivernensis, gestis continentur. De quibus plura vide *dans le Journ. des Scav. MDC-LXVI. p. 82. seq.* Spectarent huc etiam Commentarii CASPARIS de SAULX, Domini de TAVANNES, *Memoires*

*du feu Mesire GASPARD de SAULX, Sieur de TAVANNES*, quos propinquum ejus Carolus des Neuf Chaises collegisse, & Par. 1574. in 8. edidisse, testatur Du Verdier *Bibl. p. 158.* XVIII. TAVANNES.

Addi & forsitan possent Commentarii *Les Memoires du Sieur DESPESES* A. 1607. editi, de quibus, cum a nobis non visi sint, nihil habemus, quod addamus. XIX. DESPESES

(AA) Nec est, ut multis agamus de his, qui sub t. *Memoires de la Ligue depuis l' an. 1584. jusqu' en l' an. 1590.* Geneva ANONY- jam tum A. 1598. sex voluminibus in 8. àvovúμωs prodire, MUS. de quibus vid. *Bibl. Thuan. P. I. p. 392.*

Transeamus potius ad eos, qui res Seculi superioris Commentariis complexi sunt, quos inter, primum, XXI. SIRI. liceat

(AA) Refert ex his elegans Bellevri elogium Fr. du Chesne Hist. des Chanc. de France p. 695.

liceat nominare celeberrimum Italum, VICTOREM SIRI, moderni Galliarum Regis Consiliarium Status, Eleemosinarium & Historiographum, qui etsi ipse rebus a se scriptis non interfuit, secutus tamen ea plerumque est, quæ a summis in Republ. viris communicata habuit. Is cum historiam sui temporis inde ab anno 1641. edere cœpisset A. 1644. cujus nunc omnino Volumina XVII. in 4. sub t. *Il Mercurio, ovvero Historia de correnti tempi* prostant, ut integri Seculi historiam absolveret, ea quoque quæ ab initio Seculi XVII. ad A. 1640. gesta sunt, novo opere sub t. *Memoire Recondite, dall anno 1601. fino al 1640.* complexus & Tomis VIII. in 4. quorum quatuor priores locum impressionis præferunt *Ronco* annumque 1677. quatuor posteriores Lugduni 1680. prodire. (BB) De hoc Auctore varia variorum sunt judicia. Cl. Struvius, cum ea tantum tradere SIRUS voluerit, quæ in scriptis Commentariis, quos communicatos habuit, reperit, factum inde auguratur, ut nunc abundet, nunc deficiat. (CC) Et fatetur Michael

*Bibl. Maar-seveen p. 143.*

*Bibl. Oisfel. P. II. p. 125.*

*Jour. des Sav. MDCLXXX.*

*p. 401.*

*Progr. Inaug p. 9.*

(BB) Fallitur J. H. Bœclerus, vel quisquis ejus *Polit. contr.* auctor, ubi Sirum §. 49. tribus voluminibus res universæ Europæ ab a. 1555. ad a. 1647. perduxisse tradit. Unde Car. Arndius in *Bibl. Pol. Herald.* selecta p. 163. merito huic adjungit Cl. Struvii testimonium, qui tamen & ipse tredecim tantum Mercurii tomos vidit, cum utique, teste instructissima Maarseeveniana Bibliotheca, septendecim, diversis licet locis, prodierint.

(CC) Sequitur Struvius judicium Anonymi Galli, qui in *Præf. de la Vie du Card. Duc de Richelieu* insuper animadvertit, Sirum plura notatu dignissima prætermisisse, quod ea ab aliis fuissent typis mandata, & uberius vicissim ea enarrasse, quæ in f. hedis a Nuntiis Pontificiis, in aulam Gallicam, aut Legatis Regis Galliæ, ad Principes Italiæ missis sibi communicatis, annotata invenerit.



chael le Vassor, eum in rebus Italianam concernentibus *Averriff. du*  
 ad nauseam usque prolixum esse, nec nimium ubique *T. II. de l'*  
 iudicii afferre, sed monumenta publica plurima, quæ *Hist. de Louis*  
 frustra alibi quæsieris, exhibere & arcana prodere, in *XIII.*  
 quibus nunquam appareat, eum a veritate aliena tradi-  
 disse. Ordinem quoque reprehendi in S I R O, testa-  
 tur Anonymus Gallus, sed excusandum eum putat, *Pref. de la*  
 quod non unam Gallix historiam, sed universalem tra- *Vie de Ri-*  
 dere voluerit, non negat tamen, eum pleraque urbium *chel. T. I.*  
 exterarum nomina pervertere, id quod in Italo nemo mi-  
 retur. Sed longe acerrimam in eum censuram stringit *Mel. d' Hist.*  
 Vigneul-Marville, qui testatur, Italos vulgo de hac hi- *& de Litter.*  
 storia dicere, eam non esse *da Historico, ma da salario, ad-*  
 ditque, non neminem asserere, Sirum esse *T. I. p. 82. 83.*  
*tutto senza ar-*  
*te, senza stile, senza politica, senza concetti, o vivacità, senza*  
*eruditione, senza termine di creanza, & senza alcuna verità.*  
 (DD) Quod etsi iudicium suspectum mihi videtur, non  
 minus tamen suspectum est elogium, quod Auctor Vi-  
 tæ Marefchalli de Gasfion attulit, quem & ipsum audia- *Hist. du Mar.*  
 mus: *Jeu ne fais pas scrupule de dire, que Mons. Vittorio Siri de Gasfion, T.*  
*peut & doit passer pour l' Historien le mieux informe de nostre* *IV. p. 213.*  
*temps, pour le plus curieux des hommes de lettres, pour le plus labo-*  
*ricux*

## D

(DD) Videtur Marvillius, vel quicumque alius ex Italis, quem  
 sequitur, ideo in Sirum male animatus, quod hic Tomo  
 III. Mercurii sui liberrime de Urbano VIII. & Barberinis  
 fuisset Locutus, & miratur, id impune auctori fuisse. Ad-  
 dit Mazarinum ei nummos dedisse, ne de se quoque proter-  
 vius scriberet. Quæ potius indicio sunt, Sirum verita-  
 tis fuisse amantem. Magna utique libertate etiam in re-  
 bus Gallicis eum fuisse usum, constat, & accepimus, eum,  
 cum admoneretur ab amico, ne aulæ odia in se provoca-  
 ret, respondisse, se satis tutum, quod nemo facile in aula  
 inveniatur, qui tam vasta volumina perlegat.

*rieux des ecrivains, pour le plus sincere & absolument incapable a deguifer une verite, & enfin pour estre egaleme[n]t capable & digne de toutes choses.* (EE). *Laudem tamen potius, quam vintuperium meritus videtur SIRUS, si vel ex iis judicare li-*  
**MDCLXXVII** *ceat, quæ Aucto[r] Diarii Paris. dum Commentarios nobis*  
*p. 278. 285. memoratos recenset, observavit vix alibi obvia; qui &*  
*scholæ instar eos esse posse censet Ministris Status & Le-*  
*gatis, ut exinde, qua ratione prudenter se gerere debeant,*  
*addiscant.*

**XXII.** *Commendari potius merentur FRANCISCI*  
**BASSOM.** *BASSOMPETREI Commentarii, Memoires du Ma-*  
**PIERRE,** *reschall de BASSOMPIERRE, a Secretario ejus Malle-*  
*ville aliquandiu asservati & post Colon. 1664. 2. Voll. &*  
*Marville totidem Amst. 1692. in 12. editi, qui nonnullis etiam Di-*  
*Mel. T. I. p. 104. arii nomine veniunt. In his enim, quæ singulis die-*  
*bus ab anno fere 1598. (nam annos præcedentes obiter,*  
*attigit) ad annum 1642. quo mortuo Richelio e carce-*  
*re egressus est, aut ipse gesfit, aut ab aliis gesta accepit,*

*Journal des Sav.* *stylo mediocri enarrantur. Ubi observant tamen,*  
**M DC LXV.** *multo majorem ipsi fidem deberi in his, quæ ipse, an-*  
*p. 139. 140. tequam provocato Richelii odio carceri mancipatus*  
*ib. p. 133. est, gesfit, quam quæ ab aliis in carcere accepit. Ce-*  
*terum mira varietate delectant, cum & res aulicas, &*  
*bellicas, & amatorias, in quibus ipse pars magna fuit,*  
*Marville l. c. contineant, multumque ad commendationem libri fa-*  
*cit, quod ipse Vir summus Rabutinius eum multis ejus*  
*generis Commentariis longissime prætulit. [FF] Non*  
*negan-*

(EE) *Etsi hic Aucto[r] scribat, se testimonium hoc perhibere, sans*  
*faire agir les sentimens de l'amitie, qui est entre nous, su-*  
*spectum tamen videtur, ideo quod ab amico profectum.*

(FF) *Prostant & Ambassades du Marechall de Bassompierre en*  
*Espagne 1621. en Suisse 1625. & en Angleterre 1626. Col. 4.*  
*Voll.*



XXIV. MONTRE-SOR. Quæ vero anno 1642. accidere, ex his imprimis illustrari possunt, quæ Commentariis MONTRESORII, *Memoires de Mons. de MONTRESOR*, Col. 1663. in 12. editis, qui breves quidem partem historiae Richelii exponunt, subjiciuntur sub t. *Divers Memoires du temps du Cardinal de RICHELIEU*.

XXV. ETREES. Ad hæc plane tempora spectant & *les Memoires de la Regence de la Reine MARIE de Medicis*, Par. 1666. 8. Auctor anonymus, quem perhiberi Marechallum D' ETREES tradit Herm. Dieter. Meibomius, cum rebus plerisque interfuisset ipse, ut Richelio præteritorum memoriam in animum revocaret, in ejus potissimum gratiam Commentarios hos conscripsit, quibus in fine addidit de Mantuæ obsidione relationem & Conclave Gregorii XV. In his plura contineri, quæ alibi non leguntur, & fidem fere sperant, testatur Hodouvillius *Journ. de Sav. MDCLXVI. T. I. p. 223.*

*Progr. de  
Gall. Hist.  
Scriptoribus  
p. 25.*

XXVI. DEAGE-ANI. Plures ejus generis factus procuravit Richelius, quippe qui multos, qui rebus, quæ ante ejus administrationem in aula gestæ sunt, interfuere, ad Commentarios conscribendos excitabat, & muneribus provocabat. Hinc prodire *Memoires de M. DEAGEANT*, Gratianop. 1668. 12. quo in libello Auctor, ut de secretioribus tantum certiorum reddat Richelium, ea quæ alii descripsere, minus attingit, nec prælia, obsidiones & similia prolixius edisserit, verum secretiora aulæ consilia aliaque, quæ postremis annis regni Henrici IV. usque ad A. 1624. quo ad Richelium rerum summa pervenit, gesta sunt, aperit, quæ Auctor, qui Domini de Luines amicitia gravissus fuit, satis habuit perspecta. *V. Journ. des Sav. MDCLXVIII. T. I. p. 136. seq.*

XXVII. ORLEANS. Quæ de GASTONE JOANNE BAPTISTA, Duce AURELIANENSI, cujus varia fuit fortuna regnante

gnante fratre Ludovico XIII. inde ab anno, quo natus, 1608. usque ad finem Januarii 1636. memorabilia occurrunt, a non nemine, qui ei per complures annos per familiaris fuit, consignata sunt, & paucis plagulis sub tit. *Pref. des Mem. d'Orl. Memoires d'un Favori de Mr. d'ORLEANS* Lugd. Bat. 1668. iterumque sub t. *Memoires de feu Mr. le Duc. d'ORLEANS* Amst. 1685. in 12. edita; in quibus, quæ ad Ducem AU- *Bibl. Tell. p. 306.* RELIANENSEM pertinent, magno veritatis colore describuntur.

Pergimus potius ad elegantissimos HENRICI XXVIII. ROHANII Ducis Commentarios, *Memoires du Duc ROHAN.* de ROHAN, in quibus ipse ROHANIUS ea Libris IV. accurate recenset, quæ inde ab excessu Henrici IV. usque ad mensem Junium anni 1629. contra Reformatos, quorum causam ipse defendit, in Gallia gesta aut suscepta sunt, turbas nimirum sub Rege minorenni exortas & bellum triplex cum Reformatis gestum, quibus subjunguntur varia monumenta, tum ROHANII, tum aliorum, ad hanc historiam spectantia. Multum autem præferenda inter editiones est Parisiensis, quæ 1665. 2. Voll. in 12. prodiit, quippe præter dissertationes politicas tredecim de morte Henrici IV. de gubernatione Matris Regiæ, aliisque, annexam quoque habet ingeniosam itineris a ROHANIO in Italiam, Germaniam, Belgium, Angliam & Scotiam A. 1600. instituti descriptionem exhibet, quæ non minus ac ipsa præfatio, ab Auctore ad summos Principes præmissa, in Amstelodamensi editione de A. 1693. in 12. desiderantur. *Pref. du Sorberiana.* Utrum vero prima editio, quam Sorberius in Belgio procuravit, ab his multum diversa sit, haud facile dixerim; id tamen observat Cl. Bælius, eum perperam supposuisse ROHANIO responsonem ad Condaum Principem, *Rep. aux Qu. d'un Prov. p. 41.* quæ in Paris. edit. Tom. II. pag. 179. existat, cum diligen-

ter perlegendibus pateat, eam potius a quovis alio, qui sub Condæo in Fontis Rapidi obsidione militaverat, scriptam fuisse. Ceterum quid de Commentariis his statuendum sit, facile intelligunt, quibus de felici ROHANIÎ ingenio ex aliis ejus scriptis constat. (HH) V. Magir. *Epon. p. 711. C. Arndius in Bibl. Pol. Herald. pag. 332. usque 338. Bayle l. c. cap. 5. per tot.*

XXIX. Ad res Richelii & Mazarini illustrandas referendi  
 ROCHE- etiam essent CAROLI CÆSARIS, Comititis RUPEFOR-  
 FORT. TII Commentarii *Memoires de Mr. L. C. D. R. h. e. Le Comte de ROCHEFORT*, qui Col. 1687. & Hagæ 1691. 12. prodire, nisi supposititios esse constaret. Etsi enim auctor, Bayle *Rep. aux Qu. d'un Prov. T. I. p. 225.* nullam fere annorum, nedum dierum, mentionem facit patebit tamen, eum sæpius ὕστερον πρῶτερον committere. Mira tamen varietate & styli elegantia placet, & habet quædam singularia, quæ a veritate non videntur admodum aliena, ut neminem perlecti operis possit pœnitere.

XXX. Ejusdem plane farinæ sunt Commentarii, qui sub  
 ARTA- tit, *Memoires de Mr. d' ARTAGNAN* tribus Voll. Col.  
 GNAN. 1700. & 1701. in 8vo prodire, quos eidem plane Falsario deberi, docet Cl. Bælius. (II) Et primus quidem

To-  
 (HH) Notus imprimis aureus ejus libellus *de l'Interest des Princes & Estats de la Chrestienté*, qui 1641. & postea Latine sub t. *Trutina Statuum Europa* cum observationibus Josuæ Arndii Rostochi 1668. prodiit, quem librum nonnulli, nescio quo jure, uxori Ducis Rohanii adscribunt. Utilissimum eum Politices studiosis hoc ipso etiam tempore futurum, vide *dans la Pref. du Recueil de Traitez de Paix Amst. 1700. f. Conf. Car. Arndii Bibl. cit. p. 337.*

(II) Ostendit Bælius *Rep. aux Qu. d'un Prov. Tom. I. cap. XXVII.* eundem auctorem sub nomine Du Buiffon Vitam Turenii edidisse, & Rupefortio, Artagnano, Fontainio Com-  
 mgn-

Tomus ea complectitur, quæ sub finem Regni Ludovici XIII. usque ad An. 1653. gesta sunt, variis jucundis historiis intermixta, quales in reliquis Tomis, quæ ad annum ARTAGNANI emortualem 1673. pertingunt, rarius occurrunt, quod is, cum ad adultiorem ætatem pervenisset, ab amoribus prorsus esset alienus. V. Nouv. de la Rep. de Lettr. MDCC. Tom. II. pag. 310. & MDCCI. T. II. p. 436.

In hunc commentitorum Commentariorum censum, XXXI.  
valde etiam vereor, ne referendi sint MONBRUNIANI, M O N I -  
*Memoires de Monf. le Marquis de MONBRUN*, Amst. 1701. BRUN.  
in 12. editi, quamvis eundem forte auctorem non agnoscant, quippe stylo non æque eleganti conscripti. Et si enim editor ab ipso MONBRUNIO exaratos velit, plura tamen de rebus ab illo inde ab An. 1608. gestis afferuntur, quæ fidem superant & fabulas Romanenses sapiunt.

Ad PONTISII Commentarios *Memoires du Sieur* XXXII.  
*de PONTIS, Officier des Armées du Roy*, Amstelod. 1694. P O N T I S .  
2. Voll. in 12mo editos, & quinquaginta sex annorum, usque ad tempora secundi belli Parisiensis militia transactionum historiam complexos venimus, de quibus non æque, an genuini sint satis liquet. Equidem si Præfationi credimus, illos amicos quidam ejus tum e sermonibus ejus quotidianis, tum maxime e schedis ab ipso sibi communicatis collegit, atque in toto opere versatus est, quasi ab ipso PONTISIO conscripti essent.

mentarios supposuisse. De hoc ita judicat: *On trouve a redire & avec raison, qu'il n'ait point daté chaque événement considerable & que bien loin d'en marquer le jour, il n'en ait pas meme cote l'année, &c. Il se remet dans le droit chemin par un cependant: voila tout le secret de sa transition.*

essent. Et eos maximam partem ipsi PONTISIO deberi.  
 V. Marville ipse etiam familiaris ejus Franciscus de Rouxel, Archie-  
*Mel. T. I. p.* piscopus Rothomagensis, vel ex eo agnovit, quod odi-  
 104. um, quo erga Richelium flagrabat, ubique proderet. At  
 Cl. Clericus, aut si quis alius animadversiones pasfim  
 Morery t. Morerio adlevit, multa in iis vero minus similia & Chro-  
 Pontis. nologix rationibus adversa deprehendit. Interim lectu  
 non injucundos esse, omnes fatentur.

XXXIII. Nec minus jucundi lectu sunt PUYSEGURII Com-  
 PUYSE- mentarii: *Les Memoires de Messire JACQUES de CHASTE-*  
 GUR. NET, *Seigneur de PUYSEGUR*, Par. & inde Amst. 1690. 2.  
 Voll. in 12. in lucem editi. In his Auctor etsi varia afferit,  
*Jour. des Sav* quæ res ab anno 1617. ad 1658. gestas illustrant, id tamen  
*M DC XC.* potissimum agit, ut quæ ipse expertus sit, accurate descri-  
 p. 397. bat. Cum vero de parentibus & nativitate sua nihil ha-  
 beat, supplevit hæc editor Du Chesne, Gallix Regis hi-  
 storiographus, in præfatione, addiditque in fine Instru-  
 ctiones Militares ab ipso PUYSEGURIO consignatas, de  
 quibus esto penes rerum peritos judicium. Vid. Acta E-  
 rud. MDCXCI. pag. 479 -- 486. Journ. des Sav. MDCXC. pag.  
 397 -- 407.

XXXIV. Utilissimi quoque sunt SIROTI Commentarii,  
 SIROT. *Memoires de CLAUDE de LETOUF, Baron de SIROT*,  
 Pref. des qui, annuente ejus filia Comitissa Pradinensi, lucem  
 Mem. de Si- adspexere Paris. 1683. 2. Voll. in 8. Hos uti SIROTUS  
 rot. in gratiam primum Filii, eoque mortuo, ex Filia Nepo-  
 tis consignavit, ita ab ornamentis & phaleris verborum  
 abstinens, ea imprimis, quibus inde ab An. 1605. us-  
 que ad 1650. ipse interfuit, aut quæ certis testibus acce-  
 pit, nativa quadam elegantia descripsit. In his etsi  
 plura occurrunt, quæ ad bella Germano-Dano-Suecica,  
 quibus ipse interfuit, pertinent, notatu tamen digniora viden-



videntur, quæ regnantibus Ludovico XIII. & IV. in Gallia aut Hispania acciderunt.

Ad utrumque pariter Regem spectant, quæ pri- XXXV.  
 mum sub t. *Quelques particularitez de la vie & des mœurs de* BOUILLON.  
*HENRY de la TOUR d' AUVERGNE Vicomte de TOUREN-* LON.  
*NE, deinde vero ipsius Ducis BULLIONEI Commen-* Bayle Rev.  
*tariis aucta sub t. Memoires de la Vie de FREDERIC* aux Qv. T.L.  
*MAURICE de la TOUR d' AUVERGNE, Duc de BO.* p. 236.  
 UILLON Par. 1692. 12. ex schedis Secretarii Regii de  
 Langlade prodire. In his igitur varia, quæ ad fortis-  
 simos fratres, BULLIONEUM & TURENNIUM perti-  
 nent, deprehenduntur non ubivis obvia. V. *Journ. des Sav.*  
 MDCXCIII. p. 124. seq.

Magno quoque in pretio sunt duo elegantissimi XXXVI.  
 Commentarii, quos LINAGE de VAUCIENNES VAUCIEN-  
 jussu imprimis & auctoritate Petri Seguerii, Gallix NES.  
 Cancellarii, qui monumenta fere omnia suggesfit, sub V. *les Pref.*  
 t. *Memoires sur l' Origine des Guerres, qui travaillent l' Eu-*  
*rope depuis cinquante ans*, Col. 1678. 12. 2. Voll. & paulo  
 ante sub t. *Memoires de ce qui s' est passé en Suede & aux Pro-*  
*vinces voisines depuis l' A. 1645. jusqu' en. 1655.* Col. 1677.  
 12. 3. Voll. pulcre &, ut hominem in aulis versatum de-  
 cet, composuit. Primus libellus fontem detegit belli XXXVII.  
 Germano-Gallo-Suecici eaque imprimis explicat, quæ CHANUT.  
 occasione Vallis Telini A. 1525. seq. gesta sunt, reliquis  
 etiam usque ad annum 1632. additis. Alter ea per mo-  
 dum Diarii exhibet, quæ legatus Gallicus CHANUT  
 integro decennio cum Suecis tractavit, vel ab iis ge-  
 sta observavit, unde & hic libellus a nonnullis sub tit.  
*Negotiations de CHANUT* adlegatur. His non immerito  
 comparaveris TERLONII Commentarios, de quibus  
 paulo infra dicemus.

XXXVIII. Proximum est, ut de RUPIFOUCALDII Com-  
ROCHFOLMENTARIIS, *Memoires de M. D. L. R.*, id est, de *Monf. De La*  
CAULD. *ROCHEFOUCAULD*, Col. 1662. & 1669. excusis dica-  
Bibl. Univ. mus, in quibus varia imprimis indicantur artes, qui-  
T. XVII. p. bus Mazarinus & alii usi sunt, qui post mortem Lu-  
556. dovici XIII. rerum summam ad se vertere conati sunt.  
In quibus enarrandis nullo verborum ambitu aut or-  
natu utitur, nec est, ut quicquam illum credamus dissi-  
mulasse.

XXXIX. Similia fere deprehendas in CASTRII Com-  
CHASTRE. mentariis, *Memoires de Monf. de la CHASTRE sur ce qui s'*  
*est passe à la fin de la vie de Louys XIII & au commencement de*  
*la Regence*, qui RUPIFOUCALDIANIS adjuncti le-  
guntur; hos in eodem volumine alia quoque nonnulla  
Opuscula excipiunt. (KK) Atque eadem plane scripta,  
ordine paulo magis convenienti disposita, An. 1688.  
Amst. sub t. *Memoires de la Minorité de Louis XIV.* in 12. pro-  
diere. Horum vero editor RUPIFOUCALDII Com-  
mentarios, dissimulato ipsius nomine, quod hæredes ab  
ipso scriptos diffiteantur, sub t. *Memoires de la regence d'*  
*ANNE d' Autriche* inseruit; at ipse tamen editor, qui &  
notas politicas subjecit, Amelot de la Housfaye, eos  
RUPIFOUCALDIO vindicat, quem minus quidem  
V. Marville ex vero cum C. Tacito comparat, cum Salustii potius chara-  
Mel. T. I. p. cterem brevitate, elegantia & æquabilitate expresserit, &  
270. seq. tantum non superavit, teste doctissima Longueville. (LL)

V. Bibl.

(KK) Sunt hæc: 1. *Articles pour l' expulsion du Cardinal Maza-*  
*rin*: 2. *Ce qui se passa depuis la prison des Primes*: 3.  
*Guerre de Guyenne*: 4. *Retraite de Longueville* & 5. *Apo-*  
*logie de Beaufort*.

(LL) Marvilius inter alia scribit: *La brevete & l' elegance du*  
*discours, la beaute & le tour des pensees, & la maniere de*  
*raisonner*

V. *Bibl. Universelle T. VII. p. 578. & XVII. p. 554. & inprimis Vigneal-Marville l. c.*

Nec minorem rerum suarum curam habuit HEN-  
RICUS II. Dux GUISIUS, qui cum se ducem præbu-  
isset rebellibus Neapolitanis, diligenter annotavit, quæ  
in ea rebellionè annis 1647. 1648. gesta, postea sub t. *Les*  
*Memoires de feu Monsr. le Duc. de GUISE* Col. 1669. 12. 2. Voll.  
edita, & Germanice Fr. 1670. 12. recusa. Conf. Bayle *dict.*  
*Cr. T. I. p. 1352. not. B. ed. 1.*

Quod ad LUDOVICUM BURBONIUM XL.  
Principem CONDÆUM, attinet, is tamen a se con-  
signatum nihil reliquerit, quippe vitæ suæ Commenta-  
rios petentibus modeste respondit, se quidem nihil  
aliud, nisi quod oblivione dignum esset, gestisse, inven-  
tus tamen est, qui dispersos libellos, qui ad illustran-  
dam ejus vitam pertinent, recusos atque oratione con-  
cinna inter se compositos, ut integram propemodum  
CONDÆI historiam efficerent, edidit sub t. *Memoires*  
*pour servir à l'histoire de LOUIS de BOURBON*  
*Prince de CONDE,* Col. 1693. 12. 2. Voll. In his ergo  
primo Libro exhibentur Relationes de expeditione

*Act. Erud.*  
*MDCXCIV.*  
*p. 297.*

E 2

Ro-

*raconter, tout cela de part & d' autre fait symmetrie. Il*  
*paroit dans le portrait de Madame de Longueville, fait en*  
*trois lignes, que M. de la Rochefoucault ne savoit pas seule-*  
*ment marcher de pair avec Saluste dans l'art de peindres*  
*mais qu'il savoit encore le surpasser. Fuisse hunc Princi-*  
*pem literarum amantissimum, tum ex elegantissimis ejus*  
*regulis moralibus Maximes, ou Reflexions Morales, de qui-*  
*bus V. Marville l. c. p. 271. seq. tum ex his patet, quæ Au-*  
*tor des Ess. de Litter. M DCC II. p. 292. in notula habet,*  
*ubi ita: Feu Mr. le Duc. de la Roche-Foucault portoit tou-*  
*jours sur luy les Lettres de Politien, & il en donnoit tou-*  
*jours toutes les annes un exemplaire a ceux de ses amies,*  
*qu'il croyoit capables d'en juger.*

Rocroiensi & Friburgensi, auctore de la Chapelle, secundo Saraceni historia obsidionis Dunkerkanæ, tertio quartoque epistolæ nonnullæ Regis & Parlamenti, & quinto Rupifoualdii Commentarii continentur. V. *Act. Er. l. c. & Bibl. Universelle M DC XCIII. p. 222.*

XLII. Res Condæi hujus plurimum etiam illustrant JAVANNES. COBI de SAULX Comitis TAVANNII Commentarii, *Memoires de Messire JAQUES de SAULX, Comte de TAVANNES, Lieutenant General des Armées du Roy, Par. & Col. 1691 editi, in quibus, quæ ab A. 1649. usque ad 1653. imprimisque a tempore captorum Principum Condæi aliorumque in turbis Gallicis acta sunt, ab ipso TAVANNIO, qui causam Protestantium diu tutatus est, breviter & concinne describuntur. Accurate certe de his censuit Ill. Seckendorffius, ubi elegantem ejus recensum dedit in Actis Erud. cui judicio merito subscribimus. Brevis est libellus, inquit, sed in quo ingenitas singularis, peritia rerum aulicarum & militarium egregia, nec non modestia styli non exiguam laudem meretur. Conf. Journ. de Sav. M DC XCI. p. 197. & Ouvr. des Sav. M DC XCI. p. 263.*

XLIII. Quemadmodum CANUTUM supra observavimus TERLON. res a se in Legatione Suecica patratas diligenter annotasse, ita simile studium in TERLONIO Equite deprehendimus, de quo ut nunc agamus, temporis ratio postulat, Is ut & historiarum civilisque prudentiæ cupidus consuleret, & Regi Christianissimo muneris simul rationem redderet, quod ad Daniæ, Sueciæ, Poloniæ Reges legatus ab A. 1656. ad a. 1661. obiit, Commentarios prudentissime conscripsit, qui sub t. *Memoires du Chevalier de TERLON Par. 1681. 8. lucem adspexere, & res memoratu dignissimas complectuntur, de quibus v. Act. Erud. M DC LXXXII. p. 382. seq.*

Eodem

Eodem jure huc etiam referemus FREMONDUM ABLANCURTIIUM, Perroti Ablancurtii, celeberrimi interpretis apud Gallos, nepotem & alumnum, qui cum, belligerantibus inter se Hispanis & Lusitanis, Legatus in Galliam missus esset, ut subsidiariam pecuniam, quæ ex Callia subministrabatur, dispensaret, Comitique Schombergio esset a consiliis, diligenter, quæ ab anno 1659. (quanquam leviter etiam res inde ab A. 1640. repetit) usque ad annum 1668. gesta sunt, quæ pax in Pyrenæo monte coaluit, annotavit, post ejus mortem sub t. *Memoires de Mons. d' ABLANCOURT* Par. 1701. 12. edita. Hic etsi nihil a veritate alienum deprehendas, accidit tamen libello, quod posthumis solet, quippe non optime dispositus, styloque minus eleganti conscriptus est, & quæ sunt alia, quæ reprehendit Basnagius. (MM) *Vid. Añ. Er. MDCC I. p. 314. p. 511. seq. Mem. de Trevoux M DCC I. Sept. p. 180-198. Ouvr. de Sav. a. c. p. 501.*

XLIV.  
D' ABLAN-  
COURT.

Succedat elegantissimus ROGERIUS RABUTINIUS, Comes de BUSSY, qui cum res suas inde a juventute literis mandare consuevisset, eoque mira paulatim styli elegantia excelleret, otiumque præterea in carcere nactus esset, Commentarios conscripsit, *les Memoires de Mesfrre ROGER de RABUTIN, Comte de BUSSY*, Par. 1696. in 4. iterumque 1691. in 8. 2. Voll. ac denique 1704. editos, in quibus non modo res a se bello gestas, ut fuit bello peritissimus, procul odio

*Ouvr. des  
Sav. MDCC.*

XLV.  
BUSSY.  
*Jour. de Sav.  
MDCXCVII  
p. 96.*

*Bayle Rep.  
aux Qv. T. I.  
& in p. 237.*

E 3

(MM) Ita loquitur l. c. *Les Memoires posthumes avoient grand besoin d'etre retouchez par Mr. d' Ablancourt. Ils sont assez mal digerez: le stile en est confus, & peu usité: la narration en est quelquesfois trop rompuë; & tout ce qu' il dit du Portugal en particulier, n' est pas toujours assez de velopé, ni assez étendu.*

& invidia delineavit, verum & quibus modis a fortuna ab A. 1634. usque ad 1665. quo carceri traditus, exagitatatus fuerit; fusius tradidit. Subjunctus in fine libellus est, biennio ante nempe A. 1694. sub t. *l' Usage des adversitez* seorsim excusus, in quo præmissis aliorum, ut Cominzi, Bassompetræ, Castrii pluriumque, qui fortunam in aulis adversam experti sunt, exemplis, sua fata in Commentariis uberius enarrata, per compendium recenset. In hoc auctore styli nativam elegantiam cum acrimonia quadam permixtam peritiores prædicant, adeo ut paucos, imò neminem, imitatione illum assequi posse judicent. Vid. imprimis *Piec. Fugitives d' Hist. & de Litter. MDCCIV. P. 1. p. 121. seq. Conf. Aët. Er. M DC XCVIII. p. 23. & Ouvr. des Sav. M DC XCVII. p. 305. & vide de R A B U T I N I I caractere Oeuvres de St. Evremont T. VII. p. 287. seq.*

V. Marville  
T. I p. 273.

XLVI.  
NAUVAILLES.

Nec laude sua destituuntur NAVALLII Ducis Commentarii, *Memoires du Duc de NAVAILLES & de la VALLETTE, Pair & Marechal de France, & Gouverneur de Monsieur le Duc de Chartres*, Par. iterumque Amstel. 1701. 12. excusi, in quibus Auctor fortissimus vitæ suæ cursum, imprimis ab A. 1638. quo ingressus est militiam, usque ad 1683. quo cura Ducis Cartrii ipsi demandata est, ita describit, ut ea fere tantum attingat, quæ apud Flandros, Catalaunos item, Italos, Germanos & præsertim in insula Candia vel gesit ipse, vel vidit. In his infucata quædam elegantia emicat, ut lectu non injucundi sint, nec est, ut suppositios credamus, cum digna Viro Principe oratio hic occurrat, quemadmodum prudenter observant Trevoltiensēs. (NN) v. *Aët. Er. M DCC II. p. 39. Mem. de Trevoux*

[NN] Labet hæc quoque e Diario Trevoltienfi l. c. p. 178. transcribere: *Ces Memoires sont bien écrits, & se font lire.*  
Ouy

*voux MDCCI. Mars p. 176. seq. Nouv. de la Rep. de Lettr. MDCCI.  
T. I. p. 677.*

Inter eos, qui Commentarii titulo historias suas XLVII.  
inscribere, referendus hoc loco etiam BELLOVALLII BEAUVALLI.  
Marchionis liber, qui primum A. 1686. in Gallia quadam  
urbe, (Metis volunt) sub t. *Memoires de M. L. M. D. E.* ad Bibl. Univ.  
T. V. p. 473.  
exemplar surreptitium mendose admodum prodiit. At  
mox inventus est, qui non modo errata tolleret, verum  
& orationem (nam Lotharingus natione Auctor est) ma-  
gis redderet castigatam. Itaque alio plane habitu hi  
Commentarii sub t. *Memoires du Marquis de BEAUVALLI,  
pour servir à l'histoire de Charles IV, Duc de Lorraine de Bar,*  
Col. 1687. 12. prodire. Complectuntur autem vitam Car-  
oli Lotharingi inde ab A. 1624. quo antecessor ejus Hen-  
ricus decessit, usque ad emortualem Caroli 1675. Cum Bibl. Un. l. c.  
p. 552.  
que auctor Caroli V. Lotharingi præceptor plurimumque  
adeo rerum testis ipse fuerit & præterea rerum bellicarum  
artiumque, quas aulici exercent, non ignarus, facile vi-  
det Lector, quid ex eorum lectione promittere sibi va-  
leat. *V. Act. Er. MDCLXXXVII. pag. 670. & MDCLXXXVIII  
p. 89. & 98. & Bibl. Universelle l. c.*

Secretiora continent perexigui HUGONIS LI- LXVIII.  
ONNEI Commentarii, ad modernum Gallia Regem LIONNE.  
missi, & in via intercepti, & incertum quo loco sub t. *Me-  
moires de Mons. de LIONNE au Roy,* in 12. editi, e quibus  
intelligitur quo in loco res fuerint anno 1668. & qui-  
bus modis pax Aquisgrani, cui nomine Regis LIONNE-  
US interfuit, fuerit conciliata. His accedere passim ob-  
fer-

*On y sent le style d'un homme de qualité, qui sans affecta-  
tion & mesme sans art, parle avec politesse & avec elegan-  
ce, & donne un tour également naturel & noble à tout ce  
qu'il dit. &c.*

servationes utilissimæ. Vitam prudentissimi hujus Viri vide apud Saint-Evremond *Oeuvres T. VII. p. 316.* & conf. ib. *T. III. p. 41.*

XLIX. Sed ad bellicos Commentarios redeamus, quos  
 CHAVAGNAC. inter hic merito nominandi, quos Comes de CHAVAGNAC. GNAC reliquit, primum in Gallia editos, & deinde a *Nouv. de la* mendis innumeris repurgatos, ac tertium Amstel. 1701. *Rep. de L.* sub t. *Memoires de GASPARD, Comte de CHAVAGNAC,* DCCI T. II. *Mareschal de Camp dans les Armées du Roy, General de l' Artillerie, Sergent de Bataille de celles de sa Maj. Catholique, & Lieutenant General des troupes de l' Empereur, & son Ambassadeur en Pologne,* in 12. recufos, in quibus CAVAGNACUS, rudiori licet stylo, in gratiam familiarum, bella civilia Galliarum, tum vero quæ ab A. 1670. ad pacem usque Neomagensem, ac in Polonia imprimis in electione Johannis III. Regis (nofter enim Lotharingum commendabat) acta sunt, delineavit. v. *Neouv. de la Kep. des Lettr. M. DCCIV. T. II. p. 82. sq.*

*Memb. de Chavagnac p. 1.*

L. Inter spurios, quales Rupefortii & Artagnani  
 LAFONTAINE. Commentarios esse supra ostendimus, referendi sunt JOANNIS BAPTISTÆ de la FONTAINE Commentarii, sub t. *Memoires de Messire JEAN BAPTISTE de la FONTAINE, Chevalier, &c.* Col. 1699. in 8. editi, qui cum aliquid ex vero trahant, maximam partem portentis & fabulis scaent, ut delectare potius, quam usum in historia eximium præstare videantur. Continent vero res recentissimas, quippe in bello Belgico, quod A. 1672. cœptum est, sub Electore Brandenburgico, & deinde inter Gallorum suppetias sub Jacobo II. in Irlandia militasse Autor fingitur; sed *Rep. aux Qv. T. I. p. 225,* & hic temporis ratio nulla habetur, adeo ut non dubitet Bælius, eos eidem Falsario Hagiensi, qui reliquos sup-



supposuit, vindicare, cum quo fere consentit Bernardus in  
*Nouv. de la Rep. des Lettr. MDCXCIX. p. 311.*

Ab his non multum diversos idem Auctor testatur LI.  
Commentarios sub t. *Memoires du Comte de VORDAC, Gen- VORDAC.*  
*ral des Armees de l'Empereur, Par. 1703. 12. excusos, fictum- Bernard. N.*  
que credit VORDACII nomen, quippe verus eorum au- *de la R. de L.*  
ctor *Cavard* perhibetur. Hi etsi lectu pariter jucundi cum *MDCCLII. T.*  
ea contineant, quæ VORDACIUS e Gallia, ut fingitur, *II. p. 408.*  
propter duellum exul in Hungaria primum ac postea in  
Belgio usque ad Namurcensem obsidionem, A. 1695. fa-  
ctam, patravit, non potuere tamen Gallorum censuram  
effugere, quod nonnulla continerent, quæ minus place-  
rent huic genti. v. *Nouv. de la Rep. des Lettr. MDCC II. T. II. p.*  
*406. sq.*

Hactenus fere eos tantum enarravimus, qui sui tem- LII.  
poris historias dedere; fuere vero, qui, ut, sæculi genio HOSPITAL  
obtemperarent, quicquid annotatum a magni nominis  
viris invenerint, sub eodem titulo publici juris fecere.  
Sic prodire *Memoires de Monsieur le Chancelier d' HOSPI-*  
*TAL, Col. 1672. 12. in quibus ea, quæ doctissimus Gallix*  
*Cancellarius, MICHAEL HOSPITALIS, de tractatibus*  
*pacis & nuptiis inter summos Principes contractis, de feu-*  
*dis item & juribus quarundam Gallix civitatum, duo-*  
*bus fere ante ejus ætatem sæculis transacta, observave-*  
*rat, collectaneorum in morem digesta deprehenduntur.*  
Ceterum de HOSPITALI v. du Chesne *Hist. des Chang. de*  
*France p. 639. seq.*

Sed de his quoque aliquid dicamus, qui amores LIII.  
potissimum recensent, cum plerique historiam quoque PRODEZ.  
illustrent. Sic antehac prodire *Memoires de PIERRE*  
*FRANCOIS PRODEZ, de Peragem, Marquis d' AL-*  
*MACHEU, Amst. 1677. 12. 2. Voll. qui libellus amores*  
fere tantum narrat, veros forte, sed tectis nominibus,  
F iisque

iisque ob anagrammatismos mire contortis, qualia sunt *Xonlegondour, Ratenigua, Artamonein, Aracuso, Ismau, & alia.* Videntur autem ea indigitari, quæ in aula Regis Poloniæ Michaelis gesta sunt.

LIV. Huc & pertinent *Les Memoires de la vie du Comte \*\*\**  
**VILLIETS.** *avant sa retraite, contenans diverses Aventures, qui peuvent servir d'instruction a ceux qui ont a vivre dans le grand monde, quos ex Anglia transmissos San-Ervementius Paris. 1696. in 12mo 2. Voll. edidisse fertur. Ipse Autor & suum eorum nomina, a quibus revelari poterat, celavit, amorumque suorum ideo recensum instituit, ut sua calamitate eos vitare Lectores discerent. Quanquam cum sexto post mense decederet, doluisse fertur, quod liberius a se gesta effutivisset. Verum quidem harum auctorem, qui diu ignoratus est, fuisse Abbatem de VILLIERS, diserte asserit Auctor *des Picc. Fugit. d' Hist. & de Litt. M DCC IV. P. I. pag. 114. conf. Journ. des Sav. l. c. & St. Evremond, qui falso Auctor creditus, Oeuvr. Mel. T. V. p. 434.**

*Jour. de Sav. MDCXCVI. p. 88.*  
*Id. MDCXCVI p. 94.*

LV. Elegantissimus est libellus, qui Gallice primum sub tit. *Memoires de la Duchesse de MAZARIN* editus sapiusque recusus & Italice Colon. 1677. atque Anglice a P. Portero Lond. 1690. 12. translatus prodit. In his vita MAZARINÆ ad id tempus deducitur, quo Camberium secessit, insertis passim rebus maxime reconditis. Hic utrum ipsam MAZARINIAM, an Abbatem de St. Real auctorem habeat, sub iudice lis est. Cl. Bælius in eam sententiam propendit, quod ab ipsa conscriptus sit, & quanquam San-Realium satis eleganti stylo gaudere non neget, multum tamen eum superari vel ipsa oratione putat. Ast Des Maizeaux utique probat, San-Realium verum libelli auctorem esse, quod in secessu Camberiano e MAZARINÆ ore pleraque accepit

*Rep. aux. Qu. T. I. p. 182.*  
*Vie de St. Evremond.*

perit, dignamque existimaverit materiam, in qua elaboranda singularem plane curam adhiberet, unde factum, ut paulo elegantior liber prodierit. V. *Nouv. de la Rep. des Lettr. MDCCVI. T. I. p. 207.*

Horum Commentariorum imitatione conscripti videntur, qui Gallice sub tit. *Les Memoires de Madame la Prin-* LVI.  
*cesse MARIÆ MANCINI COLONNE G. Connetable du Royaume de Naples, Col. 1677. & mox Italice ib. 1679. 12. prodie-* MANCINI.  
*re, sive ab eodem San-Realio, sive a quovis alio MAN-*  
*CINIÆ suppositi. At eodem planè anno S. Bremond. (hoc enim nomen dedicationi subscribitur) alios Commenta-*  
*rios, velut ab ipsa compositos, Lugd. B. sub tit. Apologie*  
*ou les veritables Memoires de Madame MARIE MANCINI, Con-*  
*nettable de COLONNA, écrits par Elle-mesme, vulgavit, in-*  
*quibus priores illos a se scriptos MANCINI negat,*  
*& calumnias iis insertas refellit. At ne hos quidem*  
*genuinos esse, certo asseruerim. Tacemus eos, qui*  
*præter amores, nihil continent, quod ac civilem hi-*  
*storiam pertineant, ut sunt Memoires de la Comtesse de* LVII.  
*TOURNEMIR, Lond. 1708. in 12. qui etsi vera videntur* TOURNEMIR.  
*continere, ad nostrum tamen institutum minus spe-*  
*ctant.*

Hactenus Commentarios vidimus, qui ad Gallicam historiam pertinent, nunc eos etiam addamus, qui LA LVIII.  
 Belgicam, Anglicam, Italicam, Hispanicam, quin & MAR-  
 Hungaricam & Polonicam illustrant. Ad Belgicam, CHE.  
 seu potius Burgundicam præter *Comineum* supra memoratum referendi sunt OLIVARII MARCANI  
 Commentarii, vetusto sermone Gallico sub tit. *Memoi-*  
*res de Mesire OLIVER de la MARCHE, una cum*  
*ejusdem Rationario Aulæ & Imperii Caroli Audacis (oo) & Anonymi Chronico Flandriæ Gallico pri-*  
 mum

F 2  
 (oo) Cum præfectus fuerit Marcanus aulæ Caroli Audacis, ne-  
 mo

- Bibl. Tell. p. 324.* mum a Dionysio Sauvage Lugd. 1562. f. iterumque seorsim ab Anonymo, qui literis I. L. D. G. indicatur, Gandavi 1567. 4. cum utilisissimis nonnullis emendationibus, rursusque cum Rationario Brux. 1607. 4t. editi.
- Bibl. Thu. P. I. p. 412.* Hic præmissa prolixiori Introductione, in qua antiquus Burgundiæ status usque ad tempora Caroli describitur, res ab A. 1435. ad A. 1492. sub Philippo, Carolo & Maximiliano gestæ describuntur. Neque tamen autor a partium studio alienus fuit, quippe, vel ipso ejus Scholiaste I. L. D. G. teste, affectibus locum dedit, & calumniatorem sæpe magis, quam historiographum egit, quæ causâ, quare Lugduni primum in Gallia lucem adspexerit, cum Belgæ librum edere haud ausi fuerint. Quanquam nec in Gallos optime animatus videtur, cuius rei causam apud Cominæum deprehendas, ubi patet, Ludovicum XI. Regem per legatos a Carolo Burgundo postulasse, ut hunc ipsum OLIVARIUM, quod falsa de se disseminasset, Lutetiam mitteret, exempli statuendi causa.
- Mem. L. I. p. 5.*

LIX.

*JEANNIN.* Ad conciliandam inter Hispanos Belgasque pacem a Gallis Præses PETRUS JANNINIUS ablegatus fuerat, qui eam provinciam summa dexteritate obiit, quæque adeo inter has gentes anno 1607. & sequenti biennio acta sunt, diligenter consignavit, postea sub tit *Memoires & Negotiations du President JEANNIN*, Amsterd. 1659. 2. Voll. iterumque sub t. *Les Negotiations de Mons.*

*Homm. Ill. de Fr. T. I. p. 34. ed. in f.*

mo melius officia ejus & ministeria describere poterat quibus addidit status militaris descriptionem. Scripsit vero hoc Rationarium Gallice A. 1474. in castris ad Nusiam, ejus versionem Belgicam, ab æquali ejus, ut creditur, confectam, Antonius Matthæus inter *Analecta Veteris Ævi* p. 356. inseruit. Quæ illo contineantur, vide in *Act. Er. M DC XCVIII*, p. 190. sequ.

*Monf. le Præfident JEANNIN, ib. 1695. 4. Voll. in 12. edita. De his fatis nobis erit Perralti verba afferre: Le Cardinal de Richelieu difoit, qu'il ne trouvoit point de meilleures inſtructions, que dans les Memoires & les Negotiations de ce grand homme, & c'efloit fa lecture la plus ordinaire dans fa traite d'Avignon. conf. Act. Erud. MDCXCIX. p. 327.*

Set̄ elegantiffima & lectu imprimis digniffima, LX.  
 funt, quæ LUDOVICUS AUBERIUS MAURE-AUBERY.  
 RIUS, sub tit. *Memoires pour ſervir à l' Hiftoire de  
 Hollande & des autres Provinces Unies, par Meffire LO-  
 UIS AVBERY, Chevalier, Seigneur du MAVRIER  
 Flexiæ in Gallia 1680. vulgavit, eodem anno ut & 1690.  
 Par. recufa, in 12. Hic Auctor procul a ſtyli ornamen- Pref. des  
 tis at magna libertate veritatisque fiducia octo ſectio- Mem. d' Au-  
 nibus de Wilhelmo Naſſovio, primo Fœderati Belgii bery.  
 ſtatore, Ludovica Colonia, Wilhelmi uxore, Philippo  
 Wilhelmo ejuſque conjuge Eleonora Burbonica, Mau-  
 ritorio item (qua occasione de Erneſto Mansfeldio, Chri-  
 ſtiano Brunſvicenſi & Eliſaberha Anglica curioſiora re-  
 fert] porro de Henrico Friderico, Johanne Barnevel-  
 dio, Fr. Aſſens & Hugone Grotio diſſerit, in quibus eo  
 majorem fidem meretur, quod pleraque ex ore magni  
 parentis BENJAMINI AUBERII accepit, qui ad Bel-  
 gas a Rege Galliæ An. 1621. legatus, per complures an-  
 nos pars magna fuit rerum in Belgio geſtarum. (pp) *Hift. de Louis  
 Equidem fidem ejus in dubium vocare conatur Michael XIII. T. II.  
 le Vaſſor, eumque credit, ut aula Gallicæ placeret, non- L. VIII. p.  
 nul. 124. 131.**

F 3

(pp) Plurimæ imprimis in H. Grotii Epistolis exſtant, quæ vel  
 ad Benjaminium Auberium Maurerium directæ ſunt, vel  
 certe fata & vitam ejus concernunt, in quibus conferri  
 merentur Ep. 290. 304. 332. 486. 786. 891. De eodem  
 conferatur & Leo ab Aizema *Saaken van Staet en Oorlogb  
 T. I. p. 50. & 355.*

nulla injuriosius de Mauritio retulisse, at tuendum AU-  
BERIUM contra illum suscepit Cl. Clericus *Bibl. Choif. T.*  
*II. p. 134.* quem conf. *ib. a p. 130. ad 169.* & in *Bibl. Univ. M.*  
*DCLXXXVI. p. 154.*

LXI. Multum etiam profuerit, WILHELMI TEM-  
TEMPLE. PLII Commentarios consuluisse, qui Anglice primum  
sub tit. *Memoirs of what pass in Chistendom from the war*  
*begun 1622. to the Peace conoluded 1679.* Lond. nulla Au-  
ctoris facta mentione, & deinde Gallice sub tit. *Me-*  
*moires &c. par Msr. le Chevalier TEMPLE,* Hag. 1692. 12.  
*Pref. de* prodiere. Direxit eos TEMPLIUS ad Filium, ut  
*Temple* ipsi & instructioni essent & delectationi, tribusque  
*Mem. de* partibus absolvit, quarum prima, res ab An. 1665. ad A.  
*Temple pag.* 1672. complexa, & tertia, quæ ultra annum 1679. ad id  
*ult.* tempus ascendebat, quo se ab aula ad quietem recepit,  
adhuc desiderantur. Interim quæ sola invito Aucto-  
re prodiit, pars secunda imprimis multa continet fin-  
gularia, quæ ad pacem Neomagensem spectant, cui Au-  
ctor nomine Regis Angliæ Caroli II. interfuit. vid. *Act.*  
*Erud. MDCXCIII. p. 32.* Singula vero quæ ad eam  
pacem pertinent, & inde ab an. 1675. ad 1679. hinc inde  
tractata sunt, sub tit. *Actes & Memoires des Negotiations*  
*de la Paix de Nimegue* Amstelod. 1680. quatuor justis Voll.  
in 12. prodiere. Eodem plane modo Rysvicensis pacis  
acta sub tit. *Actes & Memoires des Negotiations de la*  
*Paix de Ryswick* Hag. 1699. totidem Voll. in 12. vulgata  
sunt.

LXII. Ad Britannicam historiam spectant, præter eos,  
VVOOL- qui sub tit. *Memoirs of the Cardin. WOOLSAT* Lond. 1706.  
SAY. prodiere, de quibus v. *Nouv. de L. R. de MDCCVI. T. I.*  
*Nicolson's pag. 350.* JACOBI MELVIL Commentarii, Anglice pri-  
*Scott. Hist.* mum sub tit. *Memoires of Sir JAMES MELVIL, of Hall-hill*  
*Libr. p. 174.* Lond. 1683. f, a Georgio Scoto vulgati, & deinde Galli-  
ce Ha-

ce Hagæ Com. & Lugduni in Gallia eodem anno 1694. e- LXIII.  
diti. (QQ) In hic auctor in aula Jacobi VI. Scotia Re- MELVIL.  
gis verfatissimus in Filii gratiam ea accurate descripsit, *Nouv. de la*  
quæ inde ab eo tempore, quo Maria Regina Delphino R. de L.  
Galliæ desponsata est, usque ad nativitatem Henrici Prin- M DCC VI.  
cipis a viris aula prudentissimis transacta sunt. Pulcer- T. I. p. 350.  
rum hunc & perfectissimum in eo genere opus vocat  
Burnetus, & eximiam in auctore virtutem agnoscit, at a- *Hist. of Ref.*  
lii vanitatem in illo notant, quod Regem sibi uni post V. II. p. 408.  
Deum libertatem suam debere, suisque consiliis multo  
plus tribuisse, quam reliquorum omnium asserat. Vide  
utique Nicolson's *Scottish Historical Library* p. 174. 175. & Act.  
Er. MDC XCIV. p. 449.

Ut taceam porro Anonymorum *Memoires of the* LXIV.  
*Reign of King James* Lond. 1648. 8. itemque *Memoires of the* ANONIMY  
*Reign of Q. Elizabeth and K. James* Lond. 1658. in 8vo,  
in his quæ regnante Elisabetha ab anno imprimis 1570.  
ad 1581. gesta sunt conferri cum fructu possunt WAL-  
SINGHAMI, qui splendidissimis ejus nomine legatio-  
nibus defunctus est, reliquæ, quæ Anglice primum &  
deinde Gallice sub tit. *Memoires & Instructions pour les* LXV.  
*Ambassadeurs* Amsterd. 1700. 4. duabus partibus excusa, WALSING-  
prostant, quarum altera Epistolas WALSINGHAMI ad HAM.  
summos viros aliorumque ad ipsum, altera regulas quas-  
dam

(QQ) Auctor Gallus *des Essais de Litter.* M DCC III. p. 87. pri-  
mam horum Commentariorum editionem Gallicam fuisse  
putat, quæ Hagæ Com. prodierit, quam Lugdunenses  
in Gallia imitati sint, omisis nonnullis, quæ aula Gallicæ  
minus placerent, additque, nondum hunc librum An-  
glice produisse, cum Burnetus Historiam Reformationis  
Anglicanæ scriberet. At enimvero Anglica Commenta-  
riorum illorum editio decennio anticipavit Gallicam, &  
eodem plane anno, quo secundus Historiæ Burnetianæ to-  
mus, hoc est, 1683. prodit.

*Act. Erud.*  
*M D C C I.*  
*p. 330.*

dam politias & characteres morum, quibus præcipui Elizabethæ ministri præditi fuerant, jam antea 1664. Latine ab Abrahamo Marconneto in *Aulico inculpato* ac Gallice A. 1695, sub t. *Secrets des Cours* editos, completitur. v. *Act. Erud. MDCXCV. pag. 118. & MDCCI. pag. 329 usque 336. conf. Journ. des Sav. MDCLXXXIII. p. 148. & Nicolson's Engl. Hist. Libr. P. I. p. 231.*

LXVI.  
 DUDLEY.

Hac tacendi hic sunt secretiores, qui vocantur, Commentarii, ROBERTO DUDLÆO Comiti LEICESTRIÆ adscripti & sub tit. *Secret. Memoirs of ROBERT DUDLEY* a Doct. Drake Lond. 1704. & 1705. editi. At vero LEICESTRIENSEM, quod Editor persuadere Lectoribus laborat, verum auctorem non esse, sed Jesuitam Robertum Personium, (RR) qui librum sub tit. *Leicesters Commonwealth*, præposito etiam nomine suo, vulgavit, sæpius deinde recusum, prudentiores observarunt. Vid. *Nouv. de la Rep. Lettr. MDCCVI. Tom. I. pag. 349. conf. Sotvell Bibl. Script. S. I. pag. 725. seq. it. Wood Athen. Oxon. P. I. 309.*

LXVII.  
 WHIT-  
 LOCK.

In Caroli I. & Cromwelli historia utriusque partis Commentarii prostant. In Regem iniquior videtur auctor libri *Memorials of the English Affairs, or an historical Account of what passed from the Beginning of K. Ch. I to the Restauration to K. Ch. 2.* Lond. 1682. f. editi,

(RR) Ita quidem Bernardus in *Novis Litter. l. c.* at si Antonio Wood l. c. credimus, Personius ipse in Præf. Libri *Warnword to Sir Franc. Hastings Washword* negavit se famosissimi operis *Leicester's Commonwealth* auctorem esse. Nec Pitseus, aut Sotvellus ejus mentionem inter reliqua Personii opera fecere. Quod si etiam de Commentariis Leicestriensis, nondum visis, aliquid conjectare licet, aliam certe scribendi rationem Drakus inivir, quippe liber ille *Leicester's Commonwealth* per modum Dialogi, inter Discipulum, Nobilem & Jctum instituti, conscriptus est.



editi, quem esse BULSTRODIUM WHITLOCKIUM, virum toties in scena civilium motuum spectatum, cujus consiliis diligenter Cromvelliut utebatur, recte suspiciati sunt Collectores Actorum Eruditorum. Quippe, MDCLXXXIV confirmat idem Ant. Wood, qui addit, librum ab aucto-p. 555. re in privatos usus per modum Diarii conscriptum, ab Arthuro Menavia Comite publici juris factum esse, indicem vero ejus editionis plurimum carpit. V. *Act. Ox. T. II. p. 399, 401.*

Huic merito opponimus PHILIPPUM WAR- LXVIII.  
WICKIUM, Caroli Regis Secretarium, optimum, ut WARWICK,  
est in ejus Epitaphio, veri aestimatorem, equi bonique Wood. l. c.  
*renacissimum*, cujus liber: *Memoires of the reign of King Charles I, with a Continuation to the happy Restauration of King Charles II*, Lond. 1701. 8. prodit, quo quid continetur, vide in *Act. Er. MDCC I. pag. 450.* & conf. Wood in *Faustis Oxon.* qui *Athenis* annectuntur Tom. I. pag. 895.

Nec Regi, quem inter octoginta iudices suo etiam LXIX.  
calculo morte damnavit, (ss) nec Cromvellido favet LUDLOW.  
EDMUNDUS LUDLOW, totus Republicanis ad Boyer's Hist.  
dictus, vir cetera fortissimus ac prudentissimus. Hic of K. Willi-  
cum exul in Helvetia degeret, rerum suo tempore ge- am III. T. III.  
starum Commentarios Anglice edidit, mox Gallice p. 151.

G

sub t.

(ss) Ideoque inter eos fuit, quos Carolus II. An. 1661. a gratia publica declarata fructu exemptos voluit. Nihilominus, Wilhelmo III. regnante, rediit in Angliam An. 1689. verum cum decreto Parlamenti criminis laesae Majestatis accusaretur, in Belgium ac inde in Helvetiae oppidum Vevey, ubi antehac quoque a Caroli II. & Jacobi I. insidiis tutus delituerat, se recepit. Eodem loco decessit demum A. 1692. ut testatur Basinage *H. des Ouvr. des Sav. MDC XCLIX. p. 14.* De ceteris ejus rebus refert Boyerus in Hist. Wilhelmi III. l. c.

sub t. *Les Memoires d' EDMOND LUDLOW* Amst. 1699. duobus Voll. 12. recusos, quorum primo motus civiles usque ad cædem Caroli I. altero vero Cromwelli molimina usque ad restaurationem Caroli II. describuntur. His accessit postea Tomus III. sub t. *Memoirs of Lieutenant General LUDLOW, the third and last Part*, Vevaja, quod est pagi Bernensis in Helvetia oppidum, An. 1699. excusus, in quo reliqua, quæ ad persecutionem imprimis paricidarum faciunt, pertexuntur, additis in fine nonnullis Caroli I. epistolis & aliis monumentis publicis; ut refert W. Sevel, qui prioribus Tomos in Belgicam linguam traduxit, in *Diario Belg. Boekzaal der geleerde Wereld M DCC V. Tom. II. pag. 548. seq. Conf. Hist. des Ouvr. des Sav. MDCXCVIII. pag. 521. & MDCXCIX. pag. 3. nec non Boyer l. c.*

LXX.  
WELWOOD.

Procul a partium studio abesse contendit JACOBUS WELWOOD, Archiater Regius, cujus liber *Memoirs of the most material Transactions in England for the last hundred years* Lond. 1700. 8. secundum prodit. Usum se Autor ait manuscripto viri cujusdam, cujus facram posteritati memoriam cupit, & quamvis ab Elisabetha Commentarios ordiatur, eosque ad annum usque 1688. producat, in his tamen, quæ ad Carolum I. pertinent, prolixior est, quemadmodum ostendimus in *Art. E. rud. MDCCI. p. 272.*

LXXI.  
BURNET.

Sed imprimis etiam ut lectu, ita memoratu dignissimi sunt Commentarii de Vita & rebus gestis Jacobi & Wilhelmi Hamiltoniorum, quos septem libris eleganter descripsit GILBERTUS BURNET, ediditque sub t. *The Memoires of the Lives and Actions of James and William, Dukes of Hamilton and Castleherald &c.* Lond. 1673. & 1677. fol. Quo in libro Autor, Historia Reformationis Anglicanæ aliisque scriptis notis-

notissimus, originem & progressus bellorum civilium, Scotiæ, aliaque inde ab A. 1625. ad 1652. in Anglia & Germania gesta ita ex archivis, quæ Hamiltonii custodiuntur, descripsit, ut plurimas Caroli I. Regis & aliorum, quorum in Scotiis illis Anglicisque turbis memorabile nomen fuit, epistolas & monumenta copiose inferuerit. Etsi vero nudam veritatem propinet, quod ab ipso Carolo II, cui opus inscripsit, iussus esset libere veritatem profiteri, eo tamen allaboravit imprimis, ut ab omni partium studio alienus deprehenderetur. Ceterum cum J. Spotswoodi Historia Ecclesiastica Scotiæ, ab ipso Burneto (TT) multum commendanda, Lond. 1678. recuderetur, simul quoque hi Commentarii, velut alteram illius partem constituentes, sub titulo generaliori: *The History of the Church and State of Scotland; the II. Part*, recusati sunt. Conf. Nicolson's *Scottish Hist. Libr. p. 193. sq.*

*Pref. of the Mem. of Hamilton.*

Nec laude indigni sunt Commentarii, quos LAMBERTUS, literis L. B. T. designatus sub t. *Memoires de la dernière Revolution d'Angleterre* Hag. Com. 1702. 12. duobus Voll. edidit, in quibus mutationes in Anglia ab An. 1684. ad 1689. factas eleganter delineavit. Te-stantur Nostri, omnia huc spectantia monumenta tanta-  
G 2

LXXII:  
LAMBERT.  
M DCC III.  
dili- p. 305.

(TT) Patet nimirum e Præfatione, Burnetum primum de Spotswoodo, qui in morte Jacobi I. desinit, ad nostra tempora continuando cogitasse, quod institutum non tam abjecisse, quam distulisse videretur. Quibus animadversis, cum insuper e Nicolsonio l. c. intelligerem, Spotswoodi Historiam Lond. 1677. f. recusam esse, desii mirari, cur Commentariis Hamiltonianis eodem anno excusis generatior ille titulus præponeretur; quem qui intuentur, facile crediderint, Burnetum Historiam Ecclesiasticam Scotiæ. æque ut Angliæ, duobus Voll. scripsisse, quod veritati minime consentaneum.

- diligentia collegisse LAMBERTUM, ut curiosissimi etiam harum rerum scrutatores fateri necessum habeant, exhiberi hic nonnulla, nunquam antea sibi visa. Prætermittimus denique Commentarios, *Memoires & Observations, faites par un Voyageur en Angleterre*, Hag. C. 1698. 12. ad alphabeti ordinem digestos, nec inelegantes, sed qui ad Statum, potius & Geographiam, quam ad historiam Angliæ spectant.
- LXXIII. ANON. Inter eos Commentarios, qui historiam Italiæ illustrant, referendi sunt illi, quos GUIDO BENTIVOGLIO conscribere cœpit, sub t. *Memorie, ovvero Diario del Cardinale BENTIVOGLIO* Amst. 1648. 8vo editos. In quibus Auctor, multis ob styli imprimis elegantiam commendatus, inde ab A. 1594. quo Patavinum Gymnasium ingressus est, usque ad An. 1600. quo ejus imprimis opera pax inter Henricum IV. Galliarum Regem & Carolum Emanuelem Ducem Sabaudiarum coaluit, a se gesta descripsit. Ex eo tempore Nuntius in Belgium missus, res illic ad A. 1610. gestas diligenter annotavit, & sub t. *Relationi del Card. BENTIVOGLIO* vulgavit, quem librum utilissimum Commentariis illis, velut continuationem quandam, merito adjunxeris. Conf. Mascardi *de Arte hist.* pag. 571. seq. & Andr. Paars *Ind. Batav.* p. 94.
- LXXIV. ANON. Ceterum ad cognoscenda ea, quæ in aula Romana ab A. 1669. ad 1676. transacta sunt, conferri non sine fructu possunt Anonymi *Memoires des Intrigues de la Cour de Rome*, Par. 1677. 12. Tacemus VICTORIS SIRI Commentarios supra memoratos. Nec tacendi tamen Commentarii, utut brevissimi, sub t. *Memoires & Negotiations secretes de la Cour de Savoye*, Bas. 1705. 12.
- LXXV. PHELIPPEAUX. editi, in quibus variæ epistolæ annis 1703. & 1704. a Legato Gallico PHELIPPEAUX, ad Regem Galliarum
- Au-

Augusta Taurinorum missæ aliaque pauca monimenta, Italica bella, quæ hodie continuantur, concernentia, unde paginis singulis imposita verba *Memoires de Mr. PHELIPPEAUX* legimus.

Prodiere & sub t. *Memorie aliquarum civitatum Italice* LXXVII.  
 descriptiones, ut OCTAVII ROSSI *Memorie Bresciane*, ROSSI.  
 Brix. 1693. 4. & LUDOVICI MARTORELLI *Memorie* LXXVIII.  
*Historiche della città d' Osimo*, Ven. 1705. 4. de quibus, cum MARTO-  
 ad nostrum institutum non faciant, plura dicere superfe- RELLI.  
 demus. conf. interim *Act. Er. MDCXCIII. p. 209. & MDCCII.*  
*p. 156.*

Italice etiam conscripti sunt, sed ad res Hungaricas LXXIX.  
 pertinent RAIMUNDI MONTECUCULI *Commentarii* MONTE-  
*bellici, Memorie del General Principe di MONTECUCOLI*, quos CUCCOLI.  
 Vir Excell. Henricus ab *Huyss-u*, Fautor noster inter primos  
 memorandus, pro insigni in litteras studio primus Col.  
 1704. 8. in lucem edidit. Etsi vero de bellis Italicis &  
 Germanicis hic aliqua in titulo promittantur, attamen,  
 quæ historica revera dixeris, ea tantum concernunt, quæ  
 in Hungaria A. 1661. & triennio post duce MONTECU-  
 CULO gesta sunt, reliqua imprimis regulas bellicas ab  
 Auctore prudentissimo compositas complectuntur. V. *Act.*  
*Er. MDCCIV. p. 494.*

Ceterum notamus, Excell. *Huyssenium* pariter ce- LXXX.  
 leberrimi belli ducis CAPRARÆ, qui fortunas suas CAPRARA  
 magnam partem MONTECUCULI, propinqui sui,  
 commendationi debebat. *Commentarios* inter alia cime-  
 lia asservare, quos eum publici juris facturum, nulli du-  
 bitamus.

Ad res Lusitanicas qui spectant, ABLANCURTII LXXXI.  
*Commentarii*, supra a nobis memorati sunt. Ad Hi- D'AUNOY.  
 spanicas apprimè pertinent *Commentarii, Memoires de*  
*la cour d' Espagne*, Hag. 1691. & passim 12. editi, quibus  
 etiam

etsi nomen auctoris præpositum non sit, vulgo tamen, & merito, Comitissæ D'AUNOY adscribuntur, quæ spon-  
sam Aurelianensem, ex Gallia in Hispaniam proficiscen-  
tem, A. 1679. comitata est. Etsi vero ea quoque reperit,  
quæ inde ab anno 1649. gesta sunt, singulari tamen cura  
atque elegantia ab anno 1679. ad 1681. gesta descripsit.  
Secutus est hos Commentarios libellus *Histoire nouvelle de  
la cour d'Espagne* Hag. 1692. 12. per modum epistolarum  
conscriptus, eidemque Auctori vindicatus, qui fere con-  
venit cum his, quæ Anglice sub t. *The ingenious and di-  
verting Letters of the Ladys-Travels into Spain*, Lond. 1706.  
8. prodire. Uterque liber lectu jucundus est, at pleri-  
que nonnulla odio in Hispanos conficta esse sentiunt. V.  
*Journ. des Sav. MDC XCI. p. 36.*

LXXXII. Denique ut in Historia Sueciæ CANUTI Com-  
mentarii, in Danica TERLONIANI, supra nobis,  
BEAUJEU, memorati, ita in Polonica merito conferrendi sunt,  
feu qui sub t. *Memoires du Chevalier de BEAUJEU* Amster.  
D'ALERAC qui sub t. *Memoires du Chevalier de BEAUJEU* Amster.  
1700. 12. prodire. Horum etsi auctor fingatur BEAU-  
JEU, observarunt tamen prudentiores, DALERA-  
CUM (d'ALERAC) qui & libri: *Les Anecdotes de Po-  
logne, ou Memoires secrets du Regne de Jean Sobiesky*, Paris.  
1699. 12. duobus Voll. editi, verus auctor, eundem li-  
brum composuisse, & si temporis habenda sit ratio, Com-  
mentarios illos primam Anecdotorum partem constitue-  
re, quippe iter Auctoris Parisiis Varsaviam versus si-  
stunt. Cum his ferme consentiunt, quæ postea ibid.  
LXXXIII. prodire sub t. *Memoires du Pays & des affaires du Nord*,  
A N O N. ut patet ex *Aiglemontii Pisces Fugit. d' Hist. de & Litter. M-  
DCC V. P. II. pag. 330. conf. Nouv. de la Rep. des Letter. M-  
DC XCIX. Tom. II. pag. 635. & Act. Erud. M D C X C I X. p.  
535. seq.*

SYL-